

de reformat. c. 3. si tamen fuerit legitimè impeditus; de ejus consensu poterit alienus subditis suis Ordines conferre, cap. Episcopum 9. quest. 1. & cap. 1. juncto cap. cum nullus, de tempor. ordinat lib. 6. hic autem consensus litterariè præstandus est, ex Felino in cap. super his vers. sexta, & ultima conclus. sub num. 13. de de accusat. ubi Innoc. Rebuff. in praxi benefic. rub. forma dimiss. litterar. num. 34. Et litteræ, quibus ille continetur, dimissoriæ vocantur à Concilio Trident. sess. 23. de reformat. c. 10. & sess. 7. de reformat. c. 10. ubi etiam Reverenda dicuntur, quo nomine Hispani utuntur. In his litteris debet causa exprimi rationabilis, quare proprius Episcopus dimittens nolit, aut nequeat dimissum ordinare, ex c. 1. de tempor. ordin. lib. 6. Sanchez in opusculis moral. lib. 7. c. 1. dub. 20. n. 15. & licet in aliquibus Provinciis sit consuetudine receptum, ut nulla causa assignetur, ex Rebuff. in praxi, tit. de litter. dimissor. num. 28. Salzed. ad Bernard. in pract. c. 26. § fine licentia, vers. oportet. Gratian. March. decis. 98. n. 21. nihilominus tamen hodie videtur hac consuetudine non obstante dispositionem dicti c. 1. esse servandam, cum Concil. Trid. idem videatur statuere sess. de reform. c. 11. ibi, Facultates de promovendo à quocumque non suffragentur, nisi habentibus legitimam causam, ob quam à propriis Episcopis ordinari non possunt, in litteris exprimendam, & tunc non ordinentur, nisi ab Episcopo à sua Diœcesi recedente; aut pro eo Pontificalia exercente, diligentè prævio examine, &c. Quicquid aliter videatur intelligere Thom. Valasc. de alleg. 53.

<sup>3</sup> Dimissorialium usum antiquissimum fuisse non dubitatur, tempore quidem Divi Augustini eas extitisse, atque in usu fuisse testatur ipsemet in epistola ad clerum Hippensem. 137. vers. cum istamet causa, & tempore Concilii Nicæni in c. 2. distinctione 73. Et docent Franc. Turtian. lib. 3. pro epistolis Pontific. F. Bernardin. Feder. de antiquo Ecclesiasticarum epistolarum genere, Cardin. Cæl. Baron. tom. 2. anno Christi 142. num. 6. & tom. 3. anno Christi 345. n. 162. Et ne fras aliqua intercederet, erat enim certa dimissorialium hujusmodi litterarum forma à Canonicis introducta, & distincta per totam: quæ ab Episcopis singulis servanda est, quamvis hodie non eadem præcisè servetur. Exemplaria nonnulla formandi litteras dimissorialium posuimus in formulatio nostro in calce hujus operis impresso, form. 11. cum sequentib. quæ quidem dimissorialium formulæ additæ necessariæ sunt, ut non sufficiat Episcopo promoti cognoscere, esse ordinandum pro idoneo habendum, sed si absque legitima dimissorialum forma aliquem ad Ordines promoveat, tam ipse, quam Ordinatus incident in penas latas contra ordinantes non suum, vel ordinatos absque, seu cum falsis dimissoriis, Cherubin. ad Constit. 40. Clement. VIII. schol. 1. & 2. Continebant olim litteræ dimissoriae causam propter quam non posset proprius Episcopus suos subditos ordinare, c. 1. de temp. ordin. lib. 6. quam consuetudinem sapientiores Episcopi etiam nunc servant.

<sup>4</sup> Dimissorias concedere possunt cuncti Episcopi, quos attenta Iuris sanctione, privilegio, vel consuetudine, ad Ordines valent assumere, ex gloss. fin. in c. cum nullus, de tempor. ordinat. in 6. is enim potest dimissorias concedere, qui & ordinare valet, cap. 1. 62. distinct. Seraph. decis. 985. num. 3. Campan. rub. 6. c. 3. num. 13. prope finem, eo quod potest quis per alium facere, quod per seipsum exequi non detinetur, ex reg. potest quis, de regulis Iuris in 6. Nisi fuerit excommunicatus, vel suspensus declaratus, tunc enim dimissoriae ipsius non valerent, sed subditi possent se facere ordinari à viciniori Episcopo: incumbit tamen ipsi onus probandi Episcopum fuisse ex-

Barbos. de Episcop. Pars II.

communicatum, vel suspensum, c. 2. de tempor. ordin. in 6. Pias. sec. d. c. 1. n. 13.

Inferiores autem Prælati eas nequeant concede-re, nisi à Sede Apost. fuerit eidem specialis data po-testas, ex d. c. cum nullus, §. inferiores, aut nisi aliquo peculiari jure potestatem acquisivissent eas dandi, per ea, quæ scribit Panorm. in cap. accedentibus, n. 2. de excess. Prælat. præsettum ex consuetudine legitimè præscripta, juxta glos. verb. induitum, in d. §. inferiores, resolvunt Capell. Tholos. decis. 451. Petr. Greg. Syn-tagm. juris lib. 40. c. 2. n. 19. Campan. d. rub. 9. c. 8. n. 2.

Exemptis olim licebat hujusmodi dimissorias im-partiri, ex d. c. cum nullus, ubi Ioan. Andr. num. 2. Anch. var. de exemptis, sub num. 3. & Franch. num. 5. Hodie tamen Iure noviori Concil. Trident. sess. 23. de reformat. c. 10. neque ipsi Abbates, neque alii etiam exempti, aut collegia, vel Capitula queunque etiam Ecclesiasticalium Cathedralium, litteras di-missorialias clericis sacerdotibus, ut ab aliis Ordines suscipiant, concedere valent: unde Henriquez in summa lib. 10. cap. 22 §. 3. affirmat personas quilibet extra Præsulem, etiam habentes jurisdictionem quasi Episcopalem, contentiosam, & voluntariam, nequire dictam clargiri licentiam, & in commento lit. T. attestatur ita Romæ obtinuisse Episcopum Sal-mantic. de anno 1581. contra Capitulum suæ Ecclesie; + nisi tamen esset Ordinarius privativè ad Episcopum, jusque haberet visitandi, deputandi Vicarium, congregandi Synodus, approbandi ad Confessiones, & exequendi defunctorum voluntates, contra quem non intrare dispositionem Concilii Trid. sess. 13. c. 10. defendit Stephan. Gratian. discept. forens. tom. 2. c. 112 quem refert & sequitur Campan. d. cap. 8. num. 4. Grilenzon. conf. 142. n. 28. & 30. no-vissime Ciarlin. forens. lib. 1. c. 46. num. 19. & ad hos terminos videntur reducenda latè adducta per Flores var. q. 24. per totam; Molfes. in sum. tr. 2. c. 2. num. 17. & 18. & c. 17. à n. 19. Tamburin. de Iure Abbatum tom. 2. disp. 11. q. 20.

Nec hoc ita absolue conceptum videtur verum, sed requiritur quod inferiori hujusmodi Prælatori territorium separatum cum plena jurisdictione in omnes homines tam de Clero, quam de populo fuerit concessum; Epicopusque omne jus, omnemque jurisdictionem, & correctionem, quæ ei competit, à se penitus abdicaverit, nullumque jus in eis retinebit, etiam quoad consecrationes, ordinationes, cæteraque Episcopalis officiis indigentias, sed eas à quo-cumque voluerit Episcopo recipiendi, illi itibuerit facultatem per donationes Apostolicis confirmationibus munitas; quo casu posse inferiorem dimissorias concedere, censuit Rota in nullius, sive Squillacen. jurisdictionis, 4. Maii 1616. coram Martino Andrea. Et novissime cum Patres Ordinis Carthusien. supplicarent sacram Congreg. Eminentissi-morum, & Reverendiss. DD. Cardinalium negotiis Episcoporum, & Regular. Præpositorum pro revoca-tione cuiusdam Ordinis ab eadem sacra Congreg. emanati, & directi Prioti Monasterii S. Stephani de Busco, ne auderet dimissorias concedere ad Ordines subditis sacerdotibus ejusdem Monasterii, attento quod decisionibus, & sententiis Rotalibus fuerat iam resolutum, dictu Monasterium habere proprium ter-ritorium, & in suos subditos exercere omnitudinam jurisdictionem. Eadem igitur sacra Congr. Eminentissimo Gyptio referente censuit revocandam, & tollen-dam esse, prout praesentis decreti virtute revocatur, & tollit suspensionem, per quam predicto Priori Carthu-sensi Monasterii S. Stephani de Busco ab eadem sa-cra Congre. prohibitus fuit sub die 21. Februario 1631. concederet litteras dimissoriales ad Ordines subditos propriis sacerdotibus, Roma 18. Junii 1632. At calu-

quo ipse Prælatus inferior dimissoriales litteras concedere nequit, tenentur ordinandi subditi eidem Prælato Ordines, vel easdem litteras accipere ab Episcopo viciniori, ut in sequenti declaratione. *Sacra Congregatio Concilii censuit licere Episcopis vicinioribus Ordines conferre subditis sacerdotibus Abbatum, & aliorum, inferiorum, etiam nullius diæcessis sine consensu, seu litteris testimonialibus eorundem Abbatum, & aliorum inferiorum. Roma die 22. Februario 1631.*

- 9 Vicarius generalis Episcopi hujusmodi dimissorias litteras concedere non potest, cum ad id vicariatus officium non extendatur, nisi de speciali mandato Episcopi, vel ipso Episcopo in remotis agenti, d.c. cum nullus, ibi, officialis, & in §. Episcopo, ubi gloss. verb. in remotis. Anton. Cuch. lib. 2. instit. majorum, tit. 8. n. 110. Mandos. ad reg. 24. Cancel. quast. 5. num. 9. & 10. Rebuff. in præxi benefic. tit. forma vicariatus, n. 74. Jacob. Sbroz. de officio Vicarii, lib. 2. q. 41. Petr. Gregor. syntagma. juris lib. 16. cap. 9. post num. 3. Gutier. canon. lib. 2. c. 17. num. 14. cum seqq. Zerol. in præxi Episcop. part. 2. verb. Vicarins, §. 4. latè Thom. Valasc. tom. 1. alleg. 5. à num. 7. Sanch. in opusc. moral. lib. 7. c. 1. dub. 20. n. 40. Azor. instit. p. 2. lib. 3. c. 45. quast. 7. Ugolin. de officio & potestate Episcopi, c. 4. §. 7. vers. quintò dimissorias, Piasec. in præxi nova Episcop. d. c. 1. num. 13. vers. concedit, Narbona de appellat. à Vicario ad Episcopum, p. 1. n. 197. Campanil. d. c. 8. n. 8. Molfes. in sum. tract. 2. n. 22. Fr. Emman. in sum. tom. 4. c. 61. alias 62. n. 4. Venero in examine Episcop. lib. 1. c. 16. n. 12. Stephan. Gratian. Marchia decis. 98. à n. 14. me citato in hoc loco Alzed. d. p. 2. c. 5. n. 97. Bonacin. de censur. extra Bull. disp. 3. q. 2. punct. 11. n. 23. Homobon. de Bonis de examine Ecclesiast. p. 1. tract. 2. c. 2. quast. 6. in fine, Aloys. Ricc. in præxi aurea resol. 28. ubi quando Episcopus dicatur agere in remotis? de quo etiam post gloss. verb. in remotis, ad fin. in dict. c. cum nullus, Petr. Greg. lib. 4. partit. Iuris Canon. tit. 2. c. 4. lit. K, Menoch. de arbitr. casu 222. n. 26. Gutier. dict. lib. 2. c. 17. num. 25. Sanch. dict. dub. 26. n. 42.

- 10 Capitulo Sede vacante antiquitus libera concedebatur facultas dimissorias illico concedendi, per d. c. cum nullus, quæ novissimo jure Concil. Trident. sess. de reformat. c. 10. restricta est, ut non nisi elapso anno à die obitus Præsulis numerando, queat dimissorias concedere, præterquam illi, qui alicujus beneficii recepti, vel recipiendi arctatus fuerit, alias Capitulum contraveniens Ecclesiastico subjaceat interdicto, & ordinati si in minoribus Ordinibus constituti fuerint, nullo privilegio clericali, maximè in criminalibus, & gaudeant; in majoribus vero ab executione Ordinum ad beneplacitum futuri Prælati sunt ipso jure suspensi. Vide Emman. Sà verb. Ordo, n. 29. Rebuff. in præxi benefic. tit. de devolut. n. 97. Card. Tolet. in sum. lib. 1. cap. 49. num. 1. Navarr. conf. 18. & 44. de tempor. ordinat. Sayt. decis. 65. eod. tit. Fr. Emman. in sum. tom. 2. c. 14. concl. 2. Læl. Zech. de Repub. Eccles. c. 24. vers. non potest. Salzed. ad Bernard. in præct. c. 26. §. sine licentia, vers. poterit tamen Capitulum. Zerol. in præxi Episcop. p. 1. verb. Capitulum, in princip. pag. 73. Petr. de Ledesma in summa, part. 1. de sacram. Ordinis, c. 8. concl. 3. Henr. lib. 10. c. 22. n. 3. Azor. d. part. 2. lib. 3. c. 9. quast. 5. Suan. tom. 5. de censur. disput. 31. sect. 1. n. 20. Piasec. in præxi nova Episcop. part. 1. c. 1. n. 13. vers. Capitulum. Fornar. de sacram. Ordinis c. 5. §. 4. num. 4. Francisc. Leo in thesauro fori Ecclesiast. part. 3. cap. 8. num. 47. cum seqq. Rendina in prompuario recept. sentent. tom. 1. tit. 10. à n. 1. Campanil. d. c. 8. num. 5. Bonacina de Sacram. disp. 8. quast. unic. puncto 4. n. 22. & dicto puncto 11. n. 24. Filliuc. tract. 41. de benefic. c. 2. n. 44. Homobon. de examine Ecclesiast. tract. 2. c. 1. quast. 6.

prope fin. & tract. 11. in fine resol. 3. Sanch. in opusc. moral. lib. 7. c. 1. dub. 20. num. 36. Monet. de commutat. ult. volunt. cap. 10. num. 164. cum multis seqq. Aloys. Ricc. in præxi aurea, resol. 106. & dec. Curia Archiep. Neapol. decis. 185. part. 4. Molfes. in sum. Theologia moralis tract. 2. c. 2. n. 26. Cardos. in præxi judicum, verb. Capitulum, n. 5. Molin. de justit. tr. 5. disp. 11. num. 4. Flores var. q. 24. n. 4. Thom. Valasc. tom. 1. alleg. 5. n. 12. Quaranta in summa Bullarii. verb. Capitulum Sede vacante, vers. decimò quarto, ubi ampliat procedere & etiam si capitulum haberet territorium distinctum, & exemptum ob immemoriam possel. sionem, & sint judices Ordinarii, refert Aloys. Ricc. Neapol. decis. 185. part. 4. & quamvis velint ad pri. mam Tonsuram dimissorias concedere, & nunca patim, quod non possit dare dimissorias etiam ad primam Tonsuram Capitulum Sede vacante, tenent Maiol. de irregul. lib. 4. c. 3. num. 3. Nicol. Garc. de be. nefic. part. 5. c. 7. num. 95. Fr. Emman. in sum. tom. 1. c. 14. n. 6. Aloys. Ricc. in præxi aurea, resol. 106. Monet. d. c. 10. n. 173.

Arctatus beneficiis, tam habitis, quam habendis, posse Capitulum Sede vacante per Vicarium ab eo electum, intra annum litteras dimissorias concedere per Concil. Trid. sess. 7. de reformat. c. 10. ibi arctatus non fuerit, observant Salzed d. c. 26. lit. C. vers. poterit Zerol. in præxi Episcop. part. 1. verb. Capitulum, in princip. & vers. secundum. Quarant. d. vers. decimò quarto. Garc. de benef. part. 5. c. 7. à n. 96. Molin. d. tract. 5. disp. 11. n. 4. vers. quamvis, Sanch. d. n. 1. dub. 20. num. 37. Monet. de commutat. ult. volunt. cap. 10. n. 180. ubi resolvit, posse hujusmodi Capitulum pro arctatis litteras dimissorias ei concedere, qui habeat Episcopum à quo ratione originis, domicilii, aut alterius beneficii compatibilis ab eo recepti illas posset obtinere.

Arctatos occasione beneficii recepti illos dici, qui obtinerent aliquod beneficium requirens servitium personale, ratione cuius de jure, consuetudine, privilegio, statuto Ecclesiæ, vel fundatione intra annum tenentur se promoveri facere, asserunt Nicol. Garc. d. part. 5. c. 7. num. 98. Ugol. de potest. Episcop. cap. 26. §. 20. num. 5. vers. & primò. Aloys. Ricc. in præxi aurea, resol. 98. exemplificantes in eo qui obtinet parochiale Ecclesiam, quod sit arctatus ad Sacerdotium intra annum, & in eo qui obtinet Canonicum ad Ordinem illis annexum, in aliquibus beneficiis, seu capellaniis requirentibus ex institutione servitium personale, seu aliquem Ordinem, latè Monet. d. cap. 10. n. 166. cum multis seqq. ubi cum Garc. & Ugolin. citatis locis, idem eadem ratione dicendum putat, ubi Ordo suscipiens beneficio est ita annexus, ut tempore provisionis in eo constitutos esse debeat, qui beneficium obtinet, sed impetrans dispensatus fuit, ut hoc non obstante hujusmodi beneficium posset obtinere, vel ubi in litteris continerentur illa, non obstantibus, &c. per quæ effectus gratia nostra impediri valeat quomodolibet, vel differri, aut similia.

Arctatos occasione beneficii recipiendi illos dici, qui habent jus, seu sunt vocati ad aliquod beneficium vacans, seu capellaniam, quod tamen requirit actu certum Ordinem, quo illi carent: vel illos dici, qui cum sint ordinati prima Tonsura, sunt presentati ad beneficia majorem Ordinem actu requirentia, attestantur Aloys. Ricc. d. resolut. 89. Monet. d. c. 10. num. 173. & 176. Nicol. Garc. d. c. 7. à num. 99. observantes etiam electum in concursu ad beneficium Curatum, cuius collatio facienda est à Papa, non posse interim dici arctatum, tam occasione beneficii recepti, quam recipiendi, nec non minimè dici arctatum occasione beneficii recipiendi illum, cui aliquis vult resu-

resignare aliquod beneficium requirens actu Ordinem, quo ille caret.

12 Vicarius autem à Capitulo deputatus concedens prædictas dimissorias non arctato, & ante elapsum annum, si fuerit impetrans promotus ad Ordines vi-gore dictarum litterarum, ultra penas eodem Capitulo suprà relatas imponendas, expressasque in d. c. cum nullus, ab officio, & beneficio per annum est jure suspensus, ut habetur in Concilio Trident. sess. 23. c. 10. etiam si is, qui concessit, usus non fuerit pro ut refert decimum Nicol. Garcia in addit. ad d. cap. 7. n. 91. sed post annum non impeditur, ut demonstrant aperta verba ejusdem Concil. sess. 7. de reformat. capite 10.

13 Vicarius tamen Papæ ab hac resolutione excipiatur, qui non prohibetur etiam statim post vacantem Sedi dictas dimissorias impartiri, eo quod Concil. minime restringit jurisdictionem Sedis Apost. quamvis vacantis. Majol. de irregul. lib. 4. c. 6. Henriquez lib. 10. c. 22. § 3. Campanil. d. c. 8. n. 6. Salzed. d. c. 26. lit. C, vers. poterit; & nuncupatim de his Vicariis Papæ in Urbe, ac de Vicariis Episcoporum deputatis per Papam, quos Apostolicos vocamus, resolvunt Mandos. ad reg. 24. Cancel. cap. 3. de male promosis, q. 6. numer. 13. Iacob. de Graff. in aur. decision. part. 2. lib. 3. c. 13. de cleric. circa Ordines, quos refert, & sequitur Marcel. Vulpes in praxi judic. fori Eccles. cap. 7. num. 15.

14 Capitulum Sede vacante, ante lapsum anni vacationis Sedis, obtinenti facultatem à Sede Apost. ad suscipiendos Ordines cum licentia sui Ordinarii, potest hujusmodi facultatem subordinatam concedere: ita Navar. conf. 19. de tempor. ordinat. quem refert Piassec. in praxi nova Episcop. dict. c. 1. numer. 13. vers. capitulum, me citato in hoc loco, novissime doctus Diana moral. resol. part. 5. tract. 10. resol. 46. vers. tertio. Sanch. in opuscul. moral. lib. 7. c. 1. dub. 26. ubi resolvit Capitulum Sede vacante ante annum elapsum posse licentiam concedere alicui Episcopo, ut in ea diœcesi ad Ordines promoteat alienos habentes dimissorias proprii Episcopi, aut sui Prælati Regulatis, vel personas ejusdem diœcesis habentes dimissorias Episcopi mortui, vel Nuncii Apostol. ut à quo-cumque Antistite ordinentur.

15 Qui enim à Sede Apost. privilegium obtinuit ad suscipiendos Ordines à quolibet Episcopo, non indiget novis litteris dimissoriis; indiget verò testimonialibus proprii Ordinarii de vita, & moribus, Bonacini de Sacram. disp. 8. quæst. unica, puncto 4. n. 27. Ciatlin. controv. foren. lib. 1. c. 46. num. 23. Alioquin si ad Ordines sine litteris testimonialibus proprii Ordinarii promoteatur, remanet suspensus ab exequatione susceptorum Ordinum, & ordinans incurrit suspensionem à Collatione Ordinum per annum, ut patet ex Concil. Trid. sess. 23. de reform. c. 8. ad finem, tenet Henr. lib. 14. c. 28. num. 2. Tolet. lib. 1. c. 49. num. 4. Fornar. de Ordine, c. 4. num. 3. Quaranta verb. Ordo, vers. suspensionis pœnam. Rectissime agunt supermi Pontifices, cum in Brevibus appellatis, extra tempora, aliisque, in temporibus nominatis, mandant clausulam apponi, & de licentia sui Ordinarii; quæ multos retinet à susceptione Ordinum, aufertque abusus complures: etenim imperiti, infames, aliave ex causa inhabiles, non valentes à propriis locorum Ordinariis Ordines suscipere, externas petunt regiones, Ordinesque fraudulenter extorquent ab alienis Episcopis, nescientibus quanta sit in hominibus persitas: illi verò, qui facultatem obtinent in Curia recipiendi Ordines à quocumque Antistite, per Breve, addita clausula, absque literis dimissorialibus suis Ordinarii, attente videant quibus causis in suis supplicationibus relatis prædictam licentiam impetrant,

quia in gratiis & privilegiis omnis causa præsumitur impulsiva, ex Franch. in c. decet. n. 3. de regulis juris in 6. Tiraq. in tract. cessante causa, lim. 1. n. 81. quos refert Campanil. d. rub. 9. c. 7. num. 6. ubi n. 5. resolvit, quod si potea esset causa, qua adductis Papa licentiam elargitus est suscipiendi Ordines à quocumque sine dimissoriis proprii Episcopi, non propterea censenda est revocata prædicta facultas, ut nequeat amplius impetrans ea uti, seque proinoveti facere à quo maluerit.

Observatamen, Capitulum Sede vacante, sive 16 Vicarium, qui ejus vices gerit, posse intra annum concedere litteras commendacitiæ, sive testimoniales, licet concedere nequeat dimissorias; nam litteræ testimoniales non sunt dimissoriae. Ita Navar. conf. 27. de tempor. ordinat. quem citat Bonacina de Sacr. disp. 8. q. unic. puncto 4. num. 24. Læl. Zech. d. c. 24. num. 11. vers. non potest concedere. Thom. Valase. dict. alleg. 5. n. 15. Marc. Anton. Genuens. in praxi Neapol. c. 87. numer. 15. vers. Capitulum. Quarant. verb. Capitulum. q. 20. vers. tertio limita, Tiber. de instruct. ad Ordin. c. 7. quest. 51. vers. his autem, me citato in hoc loco Ciarlin. controv. foren. lib. 1. c. 46. num. 12. Et potest etiam idoneitatis testimonium facere, Navar. conf. 17. eod. tit. Galet. in margarita casuum conscientie, verb. Capitulum 5. Molfes. de tract. 2. c. 2. n. 29. Molfin. d. tract. 5. disp. 11. num. 4. vers. quamvis Bonacini d. puncto 11. num. 24. Monet. de commutat. ultim. volunt. c. 10. num. 182. ubi refert modernum Curia Röm. stylum habere, ut Sede Episcopali vacante, ipsæ quoque testimoniales dentur ab Ordinario viciniorum.

Item potest intra annum Episcopo extero concedere exercitium Pontificalium, & ordinationem proprium subditorum in vacantia Sedis post annum. Henr. lib. 10. de sacram. Ordinis. c. 22. § 1. Quaranta verb. Capitulum Sede vacante q. 11. Genuens. in praxi Archiep. Neap. c. 87. num. 13. Piassec. in d. praxi nova Episcop. d. c. 1. n. 13. vers. Capitulum. Fornar. de Ordine c. 5. § 4. in 4. notab. Molfes. in sum. Theologia moralis, tract. 2. c. 2. n. 18.

Dimissorias etiam concedunt Regulares Superiores suis Monachis prout infra ostendo num. 31. juxta modum, & formam traditam à S.D. Clemente VIII. in hac Ordinatione, quæ sequitur: De mandato S.D. N. Clementis divina providentia Papa VIII. tenore presentium mandatur omnibus, & singulis quorūcunque Regularium superioribus, ut de cetero observent, & observari faciat ea, quæ in Decreto sacra Cōgreg. Concilii Trident. continentur, cujus tenor est talis. Congreg. Concilii censuit superiores regulares posse suo subditos itē regulari, qui prædictis qualitatibus requisitis Ordines suscipere voluerit, litteras dimissorias occedere, ad Episcopū tamen Diœcesanum, nempe illius monasterii, in cuius familia ab iis ad quos pertinent, is Regularis positus fuerit; & si Diœcesanus absfuerit, vel non esset habiturus ordinationes, ad quemcunque alium Episcopū, dum tamen ab eo Episcopo, qui Ordines conulerit, examinetur quoad doctrinam, & dum ipsi Regulares non distulerint de industria concessi nem dimissoriis in id tempus, quo Episcopus Diœcesanus vel abfuturus, vel nullas habiturus ordinationes esset. Verū cum à superioribus Regularibus Episcopo Diœcesano absente, vel ordinationes non habente, littera dimissoria dabuntur, in eis utique hujusmodi causā absentie Diœcesani Episcopi, vel ordinationum ab eo non habendarum, ex primendam esse, quod quinō fecerint, officii, & dignitatis, seu administrationis, ac vocis activae, & passive præparationis; ac alias arbitrio ejusdem S.D. N. Papa reservatas pœnas incurrent. In quorum. &c. Dat. Roma die 15. Martii an 1596. referunt Laurent. de Franchis in controversi. inter Episcop. & Regul. pag. 71. Lezana

in sum. quest. Regul. cap. 14. num. 18. Marcel. Vulp. in dict. sua praxi judic. c. 7. n. 11. Nald. in sum. verb. Ordo, n. 26. Antonin. Diana moral. ref. tom. 1. tr. 16. alias 3. miscell. ref. 15. per tot. Et advertit Iul. Cæsar. Madius de sacris Ordinib. c. 10. n. 8. ad ordinationem Regularium sufficere, si in litteris dimissoriis Prælatus Religionis, sive Conventus testetur de absentia Diœcesani, vel quod nolit habere ordinationes, ut possit ab alio Episcopo ordinari, nec esse necessarium habere hac de re ex Curia Episcopali instrumentum, vel fidem authenticam, Piasec. in praxi nova Episcop. p. 1. c. 1. n. 14. Campanil. in diversorio Iuris Canonici, rub. 12. c. 13. n. 37. Vgolin. de potestate Episcopi. c. 26. §. 20. n. 8. Capuccin. in addit. ad compend. verb. Ordines Sacri, §. in fine. Miranda in manual. Prelat. q. 28. art. 2. tom. 1. Molfes. in sum. Theologia moralis, tract. 2. cap. 2. num. 23.

- 39 Has autem dimissorias, cum Episcopi antiquitus dabant, non eum examinabant, cui concedebant, at illum Ordinario examinandum dimittebant, ut colligitur ex text. in c. Sanctissimo, 37. dist. Postea vero in Conc. III. Carthaginensi, scilicet fuit ne Episcopus ordinandum diuinitat, nisi examinatum, & approbatum, ejusque decretum innovavit, confirmatae Concil. Trid. sess. 14. de reform. c. 3. & sess. 23. de reform. c. 3. + præcipiens Episcopis, ut per severos Ordines conferant; quod si ægritudine fuerint impediti, subditos suos non aliter quam jam probatos, & examinatos ad alium Episcopum ordinandos dimittant, de quo Zerola in praxi Episcop. p. 1. verb. dimissoria. §. 10. vers. secundum, Petr. Ledesma in sum. part. 1. de sacram. Ordinis, c. 5. concl. 10. Thom. Valasc. allegat. Iuris tom. 1. alleg. 5. n. 1. Piasec. in praxi nova Episcop. p. 1. cap. 1. num. 12. Et licet Concilium d. sess. 23. c. 3. videatur dicere Episcopo tantum ægritudine impedito licere litteras dimissoriales subditis concedere ad Ordines apud alienos Episcopos recipiendos, tamen hoc ei liceret, quando alia legitima causa, quam ægritudinis, impeditus fuerit, ut decimum referunt Armendar. in addition. ad recopilat. legum Navar. ad libro 1. titul. 18. leg. 7. de Episcopis, in declarat. num. 42. Vgolin. dict. §. 20. num. 11.

- 21 Concedendæ sunt igitur dimissoriae ex justa causa, & prius illo examinato, qui petit dimitti: non utique tutus erit in conscientia Antistes ille, qui suum subditum non examinatum, aut nullo præcedente scrutinio dimisisset, si ille postea reperiretur inhabilis, malisque promotus, quamvis in litteris adjecisset clausulam, qua Ordinatoris conscientiam oneraasset, ut adnotarunt, & justè quidem, Vivald. p. 3. sui candelabri, c. 8. num. 12. Majol. de irregul. lib. 4. c. 5. num. 4. Quare in concedendis litteris dimissoriis quatuor servanda sunt, & maximè attendenda requisita. Primo legitimum examen, & approbatio, ex Trid. juxta ea quae dixi supra n. 19. & 20. Secundo, ut in illis addatur causa ob quam proprius Episcopus per se ipsum Ordines conferre nequit, ex iis, quæ adduxi supra n. 2. Tertio exprimendi sunt Ordines, ad quos suscipiendos Episcopus litteras dimissorias concedit. Quartio exprimentum est, an Episcopus intendat dare facultatem generalem recipiendi Ordines à quocumque Episcopo: nam si facultatem specialem tantum recipiendi Ordines à tali Episcopo concedat, non possunt Ordines ab alio suscipi, alioquin poena suspensionis incurritur. Ita advertit Bonacina. d. punct. 11. n. 25.

- 22 Dubium ex dictis oritur, possit ne Præsul ille, qui examinatus, & approbatus ordinandus dimittitur, iterum examinare dimissum? In primis iure communis attento negativè est respondendum cum gloss. ultim. cap. Episcopo, 9. quest. 2. quam ibi sequuntur

Praepol. num. 3. & Gemin. num. 2. admittit Molfes. in summa Theologia moralis, tract. 2. c. 2. n. 21. post med. ubi refert Sixtum V. audita sententia Congregat. de clarasse, quod si Episcopus litteras dimissorias concedens subditum examinavit, & in litteris dimissorialibus hoc affirmaverit, non tenetur Episcopus ad quem ordinandus mittitur, illum examinare, nec inquirere super idoneitate, & literatura. Verum attente considerato novissimo Concil. Trident. decreto sess. 7. de reform. c. 11. credo ordinantem Episcopum tuius agere, si eundem denud examini subjeceret, propter expressa verba dicti decreti disponentis ne ab extraneo quis ordinetur, nisi diligentem prævio examine: cui subsequitur alter canon sess. 23. cap. 2. & jubet nemini non examinato concedendas esse dimissorias, ex quibus ita junctim consideratis liquet ab utroque debere examinari ordinandum, & in propriis terminis tenent Fr. Emman. in sum. tom. 4. cap. 6. 2. num. 5. Laur. de Franchis dicto loco, vers. 13. Piasec. in praxi nova Episcop. p. 1. n. 12. pag. 29. Campanil. in diversorio Iuris Canon. rub. 9. cap. 8. n. 31. vers. sed ne, Bonacina d. punct. 4. n. 33. Iul. Cæsar Madius de sacris Ordin. c. 4. n. 2. me citato in hoc loco Alzed. p. 2. c. 5. n. 72.

Dimissorias autem istas semper valeant, tum vi. 11 vente, tum defuncto dante, resolvunt Zabar. communiter receptus in Clem. fin. post num. 9. quest. 5. de elect. ubi Imola num. 3. & Bonif. num. 43. Villadieg. de legat. q. 16. n. 25. Bonac. d. p. 1. num. 26. Navar. placuit; num. 34. & 163. de pœnit. dist. 6. & cons. 5. de rescript. in novis, Zerola in praxi Episcop. p. 1. verb. dimissoria. §. 9. Rebuff. in forma litter. dimiss. n. 43. Perez 1. 2. tit. 2. lib. 1. ordin. & 1. 6. tit. 1. 2. lib. 3. Piasec. in praxi nova Episc. d. c. 1. n. 14 in fine, Pavin. de potestate Capituli Sede vacante. p. 1. n. 9. fol. 18. Laurent. de Franchis d. loco, vers. ad 12. Henr. in sum. lib. 10. cap. 22. § fin. Gutier. practic. lib. 3. quest. 75. num. 5. & canon. lib. 2. cap. 17. à num. 14. Thom. Valasc. tom. 1. alleg. 5. n. 4. Stephan. Gratian. March. decis. 98. n. 10. Alzed. d. cap. 5. num. 48. Fr. Emman. quest. regular. tom. 1. q. 9. art. 1. Salzed. ad Bernard. in practic. cap. 26. vers. postquam, Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloss. 12. n. 36. Vgolin. d. c. 2. 6. §. 20. num. 9. Homobon. de Bonis de examine Ecclesiast. tract. 2. c. 1. q. 7. Fagundez in quip. que Ecclesia præcepta part. 2. lib. 7. c. 8. n. 16. + Etiam à Capitulo Sede vacante datae fuissent, quia per ingressum moderni Episcopi non expirant. Ita Quanta in summa Bullarii, verb. Capitulum Sede vacante, vers. secundò dubitatur, Petr. de Ledesma in sum. p. 2. de sacram. Ordinis, cap. 8. concl. 4. Molina de justitia tract. 5. disp. 11. n. 4. Gonzal. d. gloss. 12. n. 37. Monet. de commutat. ultim. volunt. cap. 10. n. 179. Bonacina d. puncto 10. num. 27. Fagundez d. num. 16. Thom. Valasc. d. alleg. 5. num. 13. Marcel. Vulp. d. c. 7. n. 13. & me citato in hoc loco, Alezed. d. part. 1. cap. 5. n. 95. Gutier. Canon. lib. 2. c. 17. num. 12. + ubi consultit Ordinatibus, ut si tempore presentationis dictatum litteratum coram eis, sciverint novum Prælatum, atque successorem possessionem eiusdem Episcopatus cœpisse, vel in Episcopatu adesse, illas non admittant, nisi revalidatae, vel noviter à successore concessæ productæ fuerint, vel ab ejus officiali ad id speciale mandatum habente: à novo enim Antistites revocari possunt per edictum omnes, & quæcumque dimissoriae à prædecessoribus Præsulibus, sive Capitulo Sede vacante concessæ, quæ nondum sortitæ fuerunt effectum, prout resolvit Rebuff. in praxi, sub de formaliter. dimiss. num. 44. & intelligunt justa sub. sistente causa, Campanil. d. rub. 9. c. 8. & Gutier. d. lib. 2. c. 17. n. 10.

Pro litteris dimissoriis ad Ordines recipiendos nihil recipi debere ab Episcopo, ejusve ministris, dispo

disponit Concil. Trid. sess. 21. de reform. c. 1. & deci-  
sum refert Amendat. in addit. ad recop. legum Navar-  
rae, in l. 1. tit. 18. lib. 7. de Episcopis, in declarat. n. 35.  
in resp. dub. ;. † Notarius vero pro singulis dimis-  
soriis, seu testimonialibus decimam partem unius  
aurei recipere tantum potest, nisi salarium sit ei con-  
stitutum, vel consuetudo adsit nihil ac. ipiendi, ut  
habetur in dict. cap. 2. & copiosè P. Suar. de Religione  
lib. 4. de simonia, c. 35. n. 9. cum sequentibus, Navar.  
in man. c. 23. n. 202. Vgolia. in tract. de simonia, tab. 1.  
c. 41. §. 3. Sbroz. de officio vicarii lib. 2. quast. 42. Ho-  
mobon. de Bonis de examine Ecclesiastico, p. 2. tr. 1. 1.  
c. 6. quast. 11. resol. 4. Valer. Reginald. in praxi fori pœ-  
nit. lib. 25. n. 200. Zerol. in praxi Episcop. n. 1. verb. di-  
misoria, §. 7. pag. 112. Less. de Iustitia lib. 2. c. 35. dub.  
10. Piascc. in praxi nova Episcop. p. 1. c. 1. n. 55. Cened.  
ad Decret. collect. 177. n. 1. ubi etiam addit. † licet  
dubius, post confecta instrumenta, & tradita parti-  
bus posse Notarium quod ab ordinatis sponte offer-  
tur recipere, de quo Marien. in dialogo Relatoris, p. 3.  
c. 25. n. 5. Perez l. 1. glos. 1. post med. tit. 9. lib. 2. Ordin.  
Sanch. de Mair. lib. 8. disp. 35. n. 14. Homob. d. c. 6.  
q. 12. resol. 2. in fine.

Vnum adderem quotidianum, & in praxi utile,  
quod Episcopus absens à sua Diœcesi potest dare  
literas dimissorias, si absentes subditi eās petierint,  
ut ordinati possint ab alio: potest etiam illorum  
examen demandare Episcopo loci, in quo degunt, si  
proprie absentiam valde eis incommodam voluerit  
exmini illos ibi subjcere: ita decisum refert At-  
mendar. in addit. ad recop. legum Navarra, lib. 1. tit. 18.  
l. 7. de Episcopis, num. 59. Concessio enim dimissoria-  
rium est voluntariae jurisdictionis, & ideo possunt  
extra diœcесim, & in alieno territorio concedi, ut  
multis probat Stephan. Gratian. Marchia decis. 98.  
per tot. quem refert Camil. Borrel. in sum. decis. tom. 1.  
tit. 6. n. 43.

De absolutione suspensionis contractæ suscipien-  
do Ordines absque litteris dimissoriis, dixi allegat.  
seq. num. 24. Nota quod absolvere à suspensione eos,  
qui nullius Diœcesis existentes sine litteris dimis-  
soriis ordinati fuerunt, spectat ad Episcopum, ad  
quem ex Concilio Tridentino pertinebat illis dimis-  
sorias concedere, ut refert decisum Amendat. d. loco,  
num. 61.

Patentes litteræ dimissorizæ, sive commendatizæ,  
quibus Regulares ordinandi sunt, esse debent suo-  
rum Prælatorum Ordinariorum, non vero Episcopi  
Diœcesani; Concilium enim sess. 13. cap. 8. quatenus  
dicit quod nullus etiam cuiusvis generalis, aut specia-  
lis rescripti, vel privilegiis praetextu ordinetur etiā sta-  
tutis temporibus, nisi ejus probitas, ac mores Ordinarii  
sui testimonio commendentur; intelligendum est de Ge-  
neralibus, & Provincialibus, seu etiam inferioribus  
prælatis Regularibus, quia negari non potest, quoad  
hoc Prælatos esse Ordinarios, qui suorum subdito-  
rum probitatem, vitam, & mores plenè cognoscunt,  
& de illis attestari possunt juxta dispositionem Con-  
cilii dicto loco, refert me citato in hoc loco, Ciatlin.  
controvers. forens. lib. 1. cap. 46. num. 21. non vero  
Episcoporum Diœcesani, qui nec respectu Regula-  
rium Ordinarii dici possunt, nec de illorum vita, &  
moribus testimonia ferre queunt; confirmatur de-  
inde ex alio Concilii loco d. sess. 23. cap. 10. argu-  
mento deducto à contrario sensu, ubi Abbates, & alii  
quicunque Prælati, quamvis exempti, prohibentur  
litteras prædictas dimissorias concedere aliquibus  
clericis secularibus, ut ab aliis ordinentur: ergo cuin  
propriis subditis Regularibus non id ipsum facere  
prohibentur, de quo vide Fr. Ludov. Miranda in man-  
Prælator. tom. 1. q. 38. n. 2. Molfes. in sum. Theologia  
moralis, tr. 2. c. 2. à n. 23. Et peculiaris declaratio su-

per hoc edita fuit à Clemente VIII. concessa ad in-  
stantiam Regii Monasterii de Alcobaca Regni Por-  
tugaliæ, & incip. Vt ea qua. Dat. Roma apud Sanctum  
Petrum, 9. Martii anno 1592. Pontificatus sui an. 12.  
ubi inter alia præcipitur, ut litteræ dimissorizæ Ab-  
batis prædicti monasterii à quibuscumque locorum  
Ordinatis recipiantur, & admittantur: refert Mi-  
randa in manuali Prælatorum, tom. 1. q. 39. art. 3. ubi  
art. 4. assertit per Concil. Trident. sess. 23. c. 22. hujus-  
modi Regulares licet habeant patentes litteras dia-  
missorias à propriis Prælatis, bene posse ab Episco-  
pis nihilominus de Grammatica, & sufficientia ex-  
aminari, additque quodd quamvis post dict. Concilii  
decretu aliqua fuerint edita privilegia Regularibus  
concessa, ordinati ut possint nullo prævio Episco-  
porum examinare, ut dicitur concessisse olim Gregor.  
XIII pro Religiosis Societas Iesu, hujusmodi ta-  
men privilegium, & omnia alia, si quæ sunt, post-  
modum fuerint revocata per novam Constit. quam  
fecit Sixtus V. contra clericos male promosso, me-  
citato refert Alzed. d. p. 2. c. 5. n. 93.

Regularis igitur qui ab Episcopo ordinari desiderat,  
asserre debet litteras dimissorias à suo Supe-  
riore de ordine suscipiendo, quo eorum quispiam  
initiandus est: quæ litteræ ne vetustiores sint, duo-  
bus, tribusve mensibus à die sacrae ordinationis com-  
putandis obtinendæ sunt, nisi ob absentiam Supe-  
rioris, aliāmve causam eās longiori tempore datas,  
renovatasve accipi, probative debere censuerimus;  
testimonium etiam scriptum à Superiori suo, qui  
ostendat eum vita, & moribus prædictum esse, qui  
dignus sit ut illi Orditi adscribatur, quo iis initiari  
vult; sit vero hoc testimonium non antiquius duo-  
bus mensibus; si vero diutius à monasterio absuerit,  
hoc testatum afferat à Superiori monasterii, in quo  
proximè commoratus est. Testificationem item de  
Ordine, qui proximè præcedit jam suspecto. Si vero  
statutum tempus præcriptum à Concilio Trident.  
quod interjectum esse debet inter susceptionem  
unius, & alterius Ordinis, nondum expletum est,  
tunc à suo Superiori scriptum afferat, quo testatum  
fiat utile, ac necessarium Ecclesiae suæ monasteriove  
esse secum dispensari super eo interstitio: item in  
Religione cum laude versatum esse, loco tituli affe-  
rat testificationem præstare, ritèque emissæ profes-  
sionis regularis, & exercitationem frequentem sun-  
ctionem illius Ordinis, quem proximè suscepit. Ita  
novissimè Laurent. de Franchis in controv. inter Epis-  
cop. & Regular pag. 83. vers. ad primum. Et latè de in-  
terstitiis respectu Religiosorum per Episcopum dis-  
pensandis egimus infra alleg. 18. n. 10.

Vtrum autem novitius ante professionem possit  
cum hujusmodi dimissoriis sui Prælati Regularis ad  
Ordines promoveri? Sermo non est de promotio-  
ne ad sacros Ordines, quia illos recipere ante emis-  
sionem novitios interdicunt sub variis pre-  
nis à Pio V. in sua Constit. incipit, Romanus Pontifex  
sacrorum, de an. 1568, sed de Ordinibus minoribus  
qui nullo iure eis prohibentur, secundum Fr. Em-  
man. quast. Regul. tom. 1. q. 13. art. 4. in fine. Suarez a. e  
censur. disp. 50. sect. 15. n. 13. & tom. 5. de Relig. lib. 5.  
c. 19. num. 12. Lezana in sum. quast. Regul. c. 24. n. 6.  
Sanch. in precepta Decal. tom. 2. lib. 9. c. 10. n. 19. Bar-  
thol. de Vecchis in praxi de admittendis novis ad  
statum Religionis disp. 11. dub. 8. n. 1. ad quos susci-  
piendos non egere licentia, aut litteris dimissoriis  
Prælatos Regulares, sed Episcopos, tenent Iacob. de  
Graff in append. decis. aux. lib. 1. c. 7. n. 69. Fr. Emman.  
quast. Regul. tom. 1. q. 21. art. 11. Vgolin. de officio Epis-  
copi p. 2. c. 35. n. 1. Azot. instit. moral. p. 1. lib. 12. c. 2.  
q. 10. Nald. in sum. verb. Novitii. Miranda in man-  
Prælat. tom. 2. quest. 34. art. 16. Coriolan. de casibus  
referto

## 210 De officio, & potestate Episcopi.

*reserv. p. 1. sect. 3. art. 18. in 2. edit. Aloys. Bariola in suis aphorism. verb. Novitii §. 15. Homob. de casibus reserv. p. 1. c. 11. vers. quo etiam sit, & p. 3. c. 11. in r. except. vers. non incurrit vero Diana moral. resol. p. 3. tract. 2. resol. 4. & p. 4. tr. 4. resol. 3. Quidquid dicat Barthol. de Vecchis de tract. disp. 9. dub. 26. Peregr. in addit. ad constit. sui Ordinis, p. 3. q. 8. Poterit tamen Prælatus Regularis concedere novitio dimissorias, si Religio privilegium haberet mittendi suos subditos ad quoscumque Episcopos, ut ordinentur; nam nomine subditorum in favorabilibus venirent etiam Novitii, qui gaudent professorum privilegiis, Suar. tom. 3. de Relig. lib. 5. cap. 16. n. 17. Sanch. d. tom. 2. lib. 6. c. 10. n. 12. in fine, Bapt. Tiber. in instr. Ordin. c. 7. q. 5 o. Barth. de Vecchis. d. dub. 8. n. 3. Ascan. Tambur. d. tom. 2. disp. 2. q. 27. n. 2. Diana p. 3. tr. 2. dub. Regul. ref. 7. & tr. 4. ref. 4. §. 4.*

**33** In casu autem, quo Prælato Regulari non competit dimissorias novitio concedere, cuius id munus erit, an Episcopi habitationis, an originis? Pertinere ad Episcopum habitationis, seu loci in quo manet novitius, tenent Cuch. lib. 3. instit. major. tit. 1. de regular. n. 94. Sanch. d. lib. 6. cap. 10. n. 21. Homobon. consult. moral. p. 4. resp. 99. vol. 1. & alii, quos sequor sup. alleg. 4. n. 63. Quatinus id munus spectare ad Episcopum originis tradant Henr. de Ordine c. 23. n. 3. in com. lit. F. Suar. tom. 2. de Relig. lib. 2. c. 12. n. 9. & tom. 3. lib. 5. cap. 16. num. 17. & Barthol. de Vecchis d. disp. 11. dub. 8. n. 2.

**34** Cum die 9. Februarii currentis anni 1649. hic Romæ coram sanctissimo D. N. D. Innocentio Papa, & aliquibus Eminentissimis DD. S. R. E. Cardinalibus, & aliis Prælatis, ac Reverend. Patribus, tremendum, sed tamen mihi opreatissimum examen subiisse, ultimo loco eminentissimus D. Cardin. de Lugo, eminentis virtutis & scientie magister, me interrogare voluit de sequenti dubio. Quidam Episcopus dum viveret, licentiam concessit Episcopo titulari, qui in eius Episcopatu suffraganei sui vices gerebat, ordinandi aliquos sibi subditos, qui jam examinati, & approbati in matricula descripti reperiebantur; sed antequam dies ordinationis advenisset, Episcopus, qui licentiam concesserat, è vivis discessit, & Capitulum illico Sedis Episcopalis vacationem publicavit; quæsivit à me, an Suffraganeus ille possit dicta licentia à mortuo Episcopo sibi concessa, post dictam Sedis vacationem uti, & illius virtute in matricula descriptos in ea diœcesi ordinare, non obstante decreto Concilii Trid. sess. 7. de reform. cap. 10.

**34** In quo dubio respondi licentiam ordinandi prædictos in matricula descriptos expirasse morte Episcopi concedentis, multis, sed his potissimum fundamentis. Primo, quia hujusmodi licentia & mandatum, quamvis dici possit perfecta respectu Suffraganei, ut vivente delegante ea uti valeat, nihilominus respectu ordinandorum est imperfecta, cum ea uti non possint post ipsius delegantis mortem, nulla habita in scriptis expeditione dum viveret, & quatenus mandatum in scriptis, & cum subscriptione Episcopi expediretur, adhuc non suffragaret post ejus mortem, tum quia dirigitur nominatim personæ prohibitæ Sede vacante Pontificalia exercere, & sic non potest transire in tempus prohibitum: tum etiam, quia dirigitur in locum similiter in quo prohibetur sine Capitulo Sedis vacantis licentia eadem Pontificalia exercere; tum denique, quia mens & intentio Episcopi mortui fuit, ut suffraganeus tanquam talis, & uti vices gerens in suo Episcopatu subditos illos ordinaret, Pontificalia exercendo, ut solebat, quæ tamen facultas suffraganeatus expirat pro tempore Sedi vacantis, ut colligitur ex quadam declaratione sa-

cræ Congr. Concilii in una Vilnen. 22. Februarii 1632. in qua fuit decisum, suffraganeum datum Episcopo Vilnen, cum facultate exercendi Pontificalia officia in diœcesi & civitate Vilnen, de expresso consensu & licentia moderni, & pro tempore existentis Episcopi, non posse eadem Pontificalia exercere, ut exercuit vivente Episcopo, post illius mortem, Capitulo etiam non contradicente.

Secundò, quia totalis jurisdictionis & potestas Episcopo concessa per illius mortem expirat, ita ut omnes officiales ab illo electi amplius illa exercere non valeant, cum tota in Capitulum transfusa sit, & ab eo exinde dependeat: unde sequitur quod non licet Episcopo dum vivit actum aliquem jurisdictionalem delegare, vel ordinariam potestatem concedere personæ, quæ illam exercere valeat post ejus obitum; quia concessio fit in tempus, quo illam non habet, tum quia redundaret in præjudicium transfundendæ jurisdictionis in Capitulum Sede vacante.

Tertio, quia alias si liceret Episcopo dum vivit alicui licentiam concedere exercendi Pontificalia, & Ordines celebrandi in sua diœcesi, quæ duraret post ejus obitum, utique hoc esset ex diametro contravenire dispositioni Concil. Trid. d. c. 10. quod prohibet infra annum à die vacationis Ordines conferre subditis, qui beneficii Ecclesiastici recepti, vel recipendi occasione arctati non fuerint.

Quarto, quia sicut Episcopus, qui translatus est ad alium Episcopatum, aut suo renunciavit, non potest in eo à quo fuit translatus, vel in eo, cui renunciavit amplius Ordines conferre, aut Pontificalia exercere, cap. 1. de ordin. ab Episcop. quæ Episcop. renunt. Abb. ibi n. 3. Fusc. de visitat. lib. 1. c. 28. n. 10. Majol. de irregular. lib. 3. c. 6. n. 8. vers. isti igitur, Flamin. de resignat. lib. 1. q. 17. n. 19. ita etiam, & à fortiori, nec poterit ille, cui licentiam concessit ante translationem, vel renunciationem ad Ordinandum, videtur enim absurdum, quod quis de mandato aliqui possit actum gerere, quem mandans efficeret non potest.

Quinto, quia non obstat, quod dimissoria litteræ semper valent, tum vivente, tum defuncto dante, ut per citatos suprà hac alleg. n. 23. Respondetur enim procedere in litteris expeditis & subscriptis manu Episcopi, & traditis partibus ordinandis, directis Episcopis non impeditis, ex quo non videntur ori inconvenientia suprà memorata; nam si hujusmodi dimissorias habentes ordinentur illarum vigore ab Episcopo alienæ diœcesis, dici non potest quod jurisdictioni Sedis vacantis præjudicetur, ac proinde minimè videtur contraria dispositioni Concilii dicto loco. Ulterius hoc casu litterarum dimissorialium concessio confertur in locum & personam non prohibitam; at vero in casu proposito, executio ordinationis subditorum facienda venit tempore, quo fieri prohibetur, & delegationis ministerium confertur in personam, quæ illud tunc temporis facere non potest, cum potestas delegantis Sede plena urgeat, & quædama penes Episcopum delegantem permanet, & ejus vita durat. Ex his rationibus hanc sententiam defendit & ex diametro contrariam sustinebat dictus Eminentiss. D. meus Card. de Lugo, ex eo quod gratia erat perfecta, & res desiderat esse integra per concessiōnem, exemplo licentiae concessæ ad confitendum, ad prædicandum, & ad testandum. Scio in hac Romana Curia hinc inde à pluribus plura pro utraque parte fuisse adducta fundamenta, cum de hac interrogatio ne mihi facta notitiam haberent, ego tamen in mea opinione semper immobilis persisto, & Deo dante latius de ea alio in loco agere constituio.

ALLEGATIO VIII.

Episcopus qui alterius subditis sine licentia, & dimissoriis litteris Ordines confert, quas poenas incurrat? & de poenis eorum, qui Ordines sic suscipiunt.

SUMMARIUM.

- 1 Episcopus alienum clericum sine expresso consensu, seu litteris dimissoriis sui proprii Episcopi ordinans, suspensus est à collatione Ordinum.
- 2 Suspensionem incurrit Episcopus à collatione omnium Ordinum, si aliquem alieno clero sine dimissoriis contulit.
- 3 Episcopus ordinans per ignorantiam clericum alterius Diocesis non est suspensus.
- 4 Episcopus ordinans extraneum bona fide, sub rati-  
habitione proprii Episcopi, non est suspensus.
- 5 Episcopus Italus si aliquem Ordinem conferret clero Ultramontano non habenti licentiam à suo Ordinario, graviori puniretur poena, quam si Italo illum conferret.
- 6 Ultramontani si ab Italibz in Italia Ordines sus-  
cepint sine licentia sui Ordinarii, quas po-  
nas incurrant.
- 7 Episcopus titularis si Ordinem aliquem, vel pri-  
mam Tonsuram subdito alterius Prelati sine ejus expresso consensu conferat, per annum ab exercitio Pontificalium suspensus est.
- 8 Laicus absque Summi Pontificis auctoritate, vel litteris dimissoriis sui Prelati primam Tonsuram accipiens, ad arbitrium sui Ordinarii puniri potest.
- 9 Laicus proprium habet Episcopum, tum respectu spiritualium, & annexorum; tum pro suscipien-  
dis Ordinibus.
- 10 Ordines ab alieno Episcopo suscipientes sine proprii licentia, seu litteris dimissoriis, poenam suspensionis à susceptorum Ordinum exercitio incurrant.
- 11 Suspensio attenta Bulla Pii II. incurrit ab eo, qui minores Ordines sine licentia proprii Episcopi suscipit.
- 12 Irregularitatem incurrit non solum qui functiones Ordinum sacrorum absque dimissoriis susceptorum exercuerit, antequam absolvatur à suspen-  
sione, sed etiam qui exercuerit solemniter alium Ordini minori sic suscepto deputatum.
- 13 Suspensio non incurrit quando quis bona fide Ordines recipit ab alieno Episcopo absque proprii licentia.
- 14 Irregularitatem non incurrit, qui Ordines sic bona fide susceptos ab alieno Episcopo exercuerit.
- 15 Irregularitatem non incurrit, qui et si temerarie ordinatus bona fide, & ea simplicitate Ordinem exercuerit.
- 16 Regulares promoti absque dimissoriis sui Superioris Regularis quas poenas incurrant.
- 17 Amplia ad Monachos, & Religiosos exemptos.
- 18 Episcopo attestanti se ordinasse clericum aliena diocesis de licentia proprii Episcopi creditur.
- 19 Fori privilegio gaudet qui passus est sine licentia proprii Episcopi ab alieno ordinari.
- 20 Ordinatus sine licentia proprii Episcopi est inha-  
bilis ad beneficia consequenda, & n. 22.

- 21 Suspensus à jure ab officio, & beneficio, nequit  
beneficia consequi.
- 22 Beneficia ante suspensionem obiecta retinentur.
- 23 Absolutio suspensionis contracta à suscipiente Ordines absque licentia proprii Episcopi, à quo  
sit obtinenda ostenditur.



Episcopus alienum Clericum sine expresso consensu, seu litteris dimissoriis sui proprii Episcopi scienter, vel affectata ignorantia ordinare præsumens, est suspensus per annum à collatione Ordinum, ita probat text. in cap. eos qui 2. de tempor. ordin. lib. 6. innovatis à Concil. Trid. sess. 23. de reformat. c. 8. ibi, si secus fiat, ordinans à collatione ordinum per annum, &c. me citato Alzed. part. 2. c. 3. num. 17. Sayr. de censur. lib. 4. c. 12. n. 15. Mat. Aler. in simili tr. tom. 2. disp. 16. c. 1. col. 3. dub. 2. Majol. de irreg. lib. 4. c. 2. n. 6. Bonac. de censur. extra Bull. disp. 3. quest. 1. puncto 11. n. 6. Qui tamen, si id efficiat in alia dice-  
cesi, suspenditur etiam à Pontificalium exercitio, ut docet idem Concil. Trid. sess. 6. de reformat. c. 5. cuius memini suprà alleg. 6. n. 4. cum seqq. quo loci egi de Episcopis in aliena diocesi Ordines conferentibus sine licentia ipsius proprii Ordinarii, hic verò ago de ordinantibus in propria diocesi alterius subditos sine ejus licentia, & dimissoriis litteris. Unde, ut col-  
ligitur ex d. c. eos qui, si Episcopi suspensio manifesta sit ipso jure, conceditur ipsius subditis, ut ab alio Or-  
dines recipere valeant sine licentia sui Prælati (modò reliqua serventur), id est modò præcedat debitum examen, scrutinium, & tempora debita) par enim est ut in eo puniatur, in quo deliquit. Ita glos. d. cap. eos qui, Sylvest. verb. Irregularitas, §. 9. Suar. de censur. disp. 31. sect. 1. n. 15. Bonac. d. puncto 11. n. 6. ubi addit opus esse, ut suspensio sit manifesta, scilicet per evidentiam facti, vel per judicis sententiam; non verò dubia, ita ut ordinato incumbat onus probandi suspensionem Episcopi per sententiam Metropoli-  
tan, quia præsumptio non est contra Episco-  
pum.

Quam quidem suspensionem incurrerit Episcopus non tantum à collatione illius Ordinis, quem sine dimissoriis alieno clero contulit, ut existimat Ioan. Monach. Archid. & Gemin. in d. cap. 1. Navar. cons. 31. & 39. de tempor. ordin. Sayr. in floribus decis. sub eodem tit. decis. 23. & 32. Molfes. in sum. tractat. 2. c. 2. n. 12. Marchin. post hæc impressa in lucem editus, in tract. de sacram. Ordinis, tract. 1. part. 5. c. 10. num. 3. sed à collatione omnium Ordinum, gloss. verb. omnium, in d. c. 2. Sayr. d. lib. 4. c. 12. num. 30. Campanil. in divers. Iuris Canon. rub. 9. cap. 1. n. 16.

Verum ab hujus suspensionis incursti liberatur Episcopus probabilitate ignorans clericum esse alterius diocesis, utpote quia parentes ejus de sua diocesi eum esse dixerunt, vel communiter pro tali habebatur. Ita resolvunt, & sacram Congreg. decidiisse attestantur Navarr. consil. 40. de tempor. ordi-  
nat. in novis, quod deest in antiquis. Ugolin. d. §. 22. n. 2. vers. excipitur, Aloys. Ricc. in praxi rerum fori Ec-  
cles. decis. 297. in 1. edit. & ref. 256. n. 4. in 2. edit. Molfes. d. c. 2. n. 13. Sayr. de floribus decis. sub tit. de temp. ordin. dec. 6. 2. ubi advertit hodie consulenda esse hac de re bullam Sixti V. incip. Sanctum & salutare, ubi ordinans minoribus, vel majoribus, scienter, aut ignorant, nisi debita diligentia adhibita justus error & probabilis facti ignorancia excusat, à collatione quorumcunque Ordinum, atque adeò ipsius Ton-  
suræ, & ab executione omnium munierum Pontificia-  
lium, eo ipso suspensus est: cuius tamen Bullæ ri-  
gorēt

gorem temperavit postea Clemens V I I I , etiamque quoad hanc partem revocavit , reduxitque ad terminos Iuris, ut observavi alleg. 20. num. 1. novissimè Laurent. de Franchis in *controvers. inter Episcopos & Regul. pag. 83. in resp. ad 25.* advertit Episcopum hac suspensione in duobus casibus non teneri: primò , quando ipso probabiliter ignorantē , alienus clericus furtivē , vel ex simplicitate se in multitudinem ordinandorum ingesserit : secundò , si deceptus esset , juxta ignorantiam facti ; potuit enim esse quod ordinatus detulerit litteras furtivā impletatas à Cancellario sui Episcopi .

**4** Sic etiam Episcopus à prædicta suspensione excusatur , si ordinet extraneum bona fide sub ratiabilitate proprii Episcopi , ut patet ex facto Epiphani , qui subditum alterius in aliena Diœcesi ordinavit , in cap. fin. 9. quest. 2. Ita Majol. de irreg. lib. 4. cap. 2. num. 3. Reginald. d. num. 69. vers. sunt autem , Azor. instit. moral. parte 2. lib. 3. capite 48. quest. 4. §. dubia questionis , Fornar. in tract. de Ordine , cap. 5. §. 4. sub notab. 2. Molfes. in sum. Theologie moralis tract. 2. cap. 2. num. 14. & alii apud Suar. de censur. disp. 31. sect. 1. num. 16. & 17. Jul. Madius de sacram. Ordinis , cap. 4. num. 18. Turrian. de censur. lib. 5. disp. 46. dub. 1. Cherubin. ad constitut. 40. Clementis VIII. schol. 2. Diana moral. resol. tom. 2. tract. 3. resol. 19. i. me citato in hoc loco , Torteblanca d. lib. 2. cap. 13. num. 23. Verū ante factum debent Episcopi hoc maximè effugere , tuin quia in iis , quæ sunt contra jus , & jurisdictionem alterius , non facilè presumenda est ratabilitio : tum etiam quia datur ansa Episcopis promovendi extraneos ad Ordines , hoc quæsito colore . Ita Mandos. Rebuff. & alii apud Quarantam in summa Bullarii , verb. Ordo , vers. amplia hanc extrav. Bonac. d. punct. 4. n. 28. vers. secundò . & d. q. 1. punct. 11. n. 14. respondentes Epiphanium posse excusari in foro conscientiae ratione bonæ fidei , & inadvertentiae .

**5** Episcopus Italus , si aliquem Ordinem conferret clero Ultramontano non habenti licentiam à suo Ordinario , gravius punitur , quia sicut à tali promotus Ultramontanus graviori puniretur poena de Iure , quām si Italus ab Italo , ut statim dicam , ita & promovens , ut tenet Ioan. Monach. in c. 1. num. 4. de temporib. ordin. in 6. & Ioan. Andr. ante num. 1. vers. condigna , quos ref. Et Campanil. d. rub. 9. c. 1. n. 46. imò arbitratia poena puniendum , à collationeque Ordinum suspensum esse tenet Ugolin. d. §. 22. n. 3.

**6** **†** Ultramontani enim si ab Italies in Italia Ordines suscepint à non suo sine dimissoriis proprii Superioris , ex Decreto Clementis in d. cap. 1. declarantur suspensi ipso jure , eorumque dispensatio est reservata Papæ , qua innodati celebrantes fierent irregulares , ut per gloss. verb. suspensus , in d. cap. 1. Navarr. cons. 36. num. 2. de tempor. ordin. Campan. d. c. 1. n. 8. ubi , num. 9. assertit illius Canonis suspensionem non ligare eos , qui non propriè Ultramontani , aut Citramontani appellantur , sed medii ; veluti qui in montibus ipsis degunt , & n. 10. cum Ioan. Monach. n. 3. vers. sed quaro , & Franch. n. 11. in fine , in d. c. 1. contra alios tenet Ultramontanum , qui domicilium acquisivit in Italia , posse Ordinibus donari ab eo qui ratione domicilii ejus est superior , aut ab altero de ejus licentia : & num. 13. assertit prædictam poenam amplecti Ultramontanos etiam minores Ordines , & primam tonsuram assumentes , in quo jam non relinquitur locus dubitationi extante Constitutione Sixti V. contra malè promotos , comprehendente laicos ibi , quemcunque seculariem . Quamvis contrarium teneant Navar. consil. de tempor. ordinat. & consil. 25. & 26. cod. tit. in antiqu. Ugolin. d. §. 22. n. 3. in fine , novissimè S.D.N. Urbanus VIII. in sua Constitutione

contra malè ordinantes , & malè ordinatos , incip. Sæcretis , sub dat. 11. Decembris 1624. approbans , & innovans dictam Clementis Bullam , ac in suo valore , & efficacia permanete declarans dictam Pii II. Constitutionem , sic ait. *Mou proprio. & ex certa scientia , ac matura deliberatione nostra , deq; Apost. potestatis plenitudine venerabilib. Fratrib. Patriarchis , Archiepiscopis , & Episcopis in Italia existentibus tenore presenti prohibemus , ne quovis pretextu , & ex quacumque causa Hispan. Lusitan. Gallos , vel Germanos , aliosque quoscumque Ultramont. & ex quibusvis locis extra Italiam oriundos non solum ad sacros , sed neque etiam ad minores Ordines , vel clericalem characterē promovere audeant , seu presumant , nisi dimissoriales suorum Ordinariorum litteras à nostris , & hujus S. Sedis Nuntiis , seu Collectoribus in illis partibus commorantib. recognitas , probatas & scriptas habeant , eorumve Nuntiorum , seu Collectorum subscriptiones à dilecto filio nostro in alma Urbe Vicario in spiritualibus generali milititer examine , recognita , & probata fuerint , alias promoventes ad annum ab exercitio Pontificalium , promoti verò perpetua suspensionis poenam absque spe dispensationis à Sede Apost. obtainenda incurvant se ipso . Insuper promotos hujusmodi , ac etiam eos , qui cum falsis , vel fictis , aut fiduciariis patrimonii titulis scienter se ad Ordines hujusmodi promoveri fecerint , non solum prædictis , verū etiam majoribus arbitrio nostro & pro tempore existentis Romani Pont. infigendis poenis ; Italos verò si quos in posterum clericali chre. Etere insigniri , vel ad minores Ordines promoveri à alieno Episcopo cum falsis dimissoriis contigerit , etiam si qualitatibus per Concilii Trid. decretum c. 16. sess. 23. requisitis prædicti sint , nihilominus sequita tamen prius desuper Iudicis Ecclesiastici declaratione , fori privilegio minimè gaudere , sed sacrari jurisdictioni , ut ante plenè in omnibus subjicere , & subjectos esse respectivè volumus , siveque , & non aliter per quoscumque Indices Ordinarios , & delegatos , &c.*

Episcopus titularis id est eatum Ecclesiatum , quod in partibus infidelium existunt , clero carens , & populo Christiano , si Ordinem , vel primam Tonsuram sub dito alterius Prælati sine expresso ejus consensu , aut litteris dimissoriis conferat , etiam si in loco exempto , vel nullius Diœcesis , vel in aliquo monasterio cuiuscumque Ordinis resideat , per annum ab exercitio Pontificalium suspensus est , ut habetur in Conc. Trid. sess. 14. de reform. c. 2. latè dixi all. 9. à prima

Ne cuiquam laico alienus Prælatus auderet primam conferre Tonsuram , monuit gloss. verb. clericum , in cap. cùm nullus , de temporib. ordinat. lib. 6. & verb. homini in cap. fin. eod. tit. & libro , Rebuff. respons. seu consil. 1. n. 2. vers. & sic malè , Navar. consil. 30. num. 1. in antiquis , alijs consil. 39. in novis , sub illo tit. de tempor. ordinat. itaut si eam non sibi subdito conferret , suspensionem incurret per annum à collatione Tonsuræ , ut expressè probat text. in cap. fin. dicit. tit. de tempor. ordinat. lib. 6. Rebuff. de litteris dimissor. numero 5. Martin. Fornar. in addition. ad Tolet. de Sacrament. Ordinis , c. 5. numero 3. Azor. institut. moral. part. 2. lib. 3. cap. 49. quest. 4. Lessius de sacrament. disp. 8. quest. unic. puncto 4. num. 26. & d. quest. 1. puncto 11. num. 19. Campan. in diversor. Iuris Canon. rubric. 9. c. 1. num. 16. **†** Laicus enim proprium habet Episcopum , tum respectu spirituum , & annexorum , tum maximè pro suscipiendo Ordinibus ; nam sicut laicum non nisi proprius Episcopus excommunicare valet ( eo quod non nisi in subditos fertur excommunicatio , cap. à nobis , el. 1. de sentent. excommun. cum citatis ab Ugo. lin. de censur. tab. 1. cap. 2. §. 11.) ita & ordinare , cum constet laicum laicum habere Prælatum . Et hæc opilio

nio attento Juris rigore verior est, quamvis contraria absque aliquo bono fundamento tenuerint Guid. Papæ decis. 449 Lap. alleg. 138. n. 11. Navar. conf. 25. in antiqu. alias 21. in novis, incip. Hispanus, sub illo tit. de temporib. ordin. Stephan. Gratian. discept. forens. tom. 4. c. 430. n. 8. Ugolin. de potest. Episc. c. 26. §. 23. n. 1.

<sup>10</sup> Hæc tenus egimus de Episcopo ordinante subditos alterius Episcopi sine licentia proprii, & sine illius litteris dimissoriis, aut commendatioriis; nunc vero agemus de suscipientibus Ordines ab alieno Episcopo sine proprii licentia, seu litteris dimissoriis, quos incurrit pœnam suspensionis ab executione Ordinum susceptorum, probat Pius II. in dict. sua Constitut. incip. Cum ex sacrorum, quam ad littoram posui infra allegat. 17. num. 11. ibi, Si ad aliquem ex sacris Ordinibus se fecerint promoveri, à suorum Ordinum executione ipso jure suspensi sint, & si busmodi suspensione durante in eisdem Ordinibus ministrare præsumperint, eo ipso irregularitatem incurvant, &c. & Concil. Trident. sess. 13. de reformat. c. 8. ibi, si secus fiat, ordinans à collatione Ordinum per annum, & ordinatus à susceptorum Ordinum executione, quamdiu proprio Ordinario videbitur expedire, sit suspensus, &c. Quorum Jurium suspensio ipso jure incurritur, ut colligitur expressè ex dict. Constitut. Pii II. ibi, ipso jure suspensi sint, &c. & ex Concil. Tridentin. in dict. cap. 8. ibi, sit suspensus: quæ verba inducunt profecto suspensionem ipso jure, ex Felin. in cap. Rodulphus, num. 33. de rescript. & aliis citatis per me de diction. usufreq. dict. 374. & tenet Rota decis. 371. in fine, part. 2. divers.

<sup>11</sup> Ex quo infertur, quod attenta dicta Constitut. Pii II. incurritur ista suspensio ab eo, qui majores Ordines ab alieno Episcopo absque debita facultate suscepit; nam ibi sermo est de promotis ad Sacros Ordines: at vero attenta dispositione Concil. Trid. in d. c. 8. generaliter loquentis, incurritur etiam ab eo, qui minoribus Ordinibus initiatitur, ut advertit Bonac. d. tract. de censuris extra Bullam, disp. 3. quest. 1. punct. 11. num. 17. Nulla habita ratione Constitutionis Sixti V. contra clericos male promotos, eo quod in hac parte redacta sit ad terminos decretorum sacri Concilii Trident. & dictæ constitutionis Pii II. per Clementem VIII. in d. sua constit. incip. Romanum decet Pontificem, pridie Kal. Martii, ann. Incarnat. Dom. 1595. Unde incurret irregularitatem non solum qui functiones Ordinum sacerorum absque dimissoriis susceptorum exercuerit an equam absolutatur à suspensione, ut expressè statuit Pius II. verbis supra relatis, & referunt Suar. de censur. disp. 3. 1. sect. 19. num. 19. ad fin. Filliuc. tract. 17. c. 5. quas. 3. Ugolin. d. §. 23. vers. qui denique. Quarant. de verb. Ordo. vers. quibus sic specialiter; Bonac. d. punct. 11. num. 1. vers. ex quo sequitur, sed etiam qui exercuerit actum Ordini minori sic suscepto deputatum proprium, & peculiarem, solemniter attenta generalitate decreti Concil. Trid. in d. cap. 8. ut resolvunt Navarr. in man. c. 27. n. 163. quem refert Bellet. disquisit. clerical. p. 1. tit. de discipl. cleric. §. 5. n. 62. Quarant. d. verb. Ordo. vers. secundò limita.

<sup>12</sup> Suspensio autem præfata non incurritur quando quis bona fide Ordines recipit ab alieno Episcopo, ut si nesciat prohibitum esse Ordines ab alieno Episcopo absque proprii licentia suscipere, aut si ignorantia inculpabili existimet Episcopum habere debitam facultatem ordinandi, seu tales litteras dimissorias esse sufficienes; quia ista suspensio lata est in dicta Constitut. Pii II. & in decreto Concilii per modum censuræ, censura autem non incurritur absque lethali culpa. Ita Navar. in man. c. 27. num. 155. & Barbos. de Episcop. Pars II.

in c. accepta, de restit. spoliat. prop. 8. n. 32. Suar. d. disp. 3. 1. sect. 1. n. 15. Avila de censur. part. 7. disp. 9. sect. 1. dub. 1. Mar. Alter. d. tom. 2. disp. 9. cap. 6. vers. aliqui censent. Filliuc. tract. 19. num. 175. Bonac. d. puncto 11. num. 15.

<sup>13</sup> In dictam irregularitatem etiam non incidit, qui bona fide Ordines ab alieno Episcopo sine debita facultate suscepit, si susceptorum Ordinum functiones exerceat; quia hic, ut diximus, non detinet vinculo censuræ, cum eam non contraxerit, excusante illum bona fide. Ita Quarant. dict. verb. Ordo, vers. quibus sic specialiter; Bonac. d. puncto 11. num. 15. vers. ex quo.

<sup>14</sup> Idem dicendum videtur de eo, qui temerariè quidem ordinatus est, postea tamen bona fide, & candida simplicitate, per pœnitentiam purgato peccato illius malæ susceptionis, Ordinem exercuerit existmans id sibi licitum esse, maximè attenta dicta Constitut. Pii II. quæ utitur verbo, præsumperit. Ita Navar. Quarant. & alii citati per Bonac. d. puncto 11. num. 16.

<sup>15</sup> Pœna autem adversus Regularem promotum absque dimissoriis sui Superioris Regularis inficta eadem reperitur in d. Constit. Sixti V. qua clerici sacerdtales puniuntur, in vers. ut igitur, ibi, vel cuiusvis ordinis, seu militis Regularis. Verum cum ejus dispositio hodie cesseret, ob aliam Clementis VIII. Sanctionem, ut supra dixi, recurrentum est ad decisionem text. in cap. fin. § 8. distinct. ubi dicitur ne valeat perseverare in Ordine; & Episcopo ejus ordinatori poena imponitur, ut à reliquorum communione sejunctus, suæ tantummodo plebis communione sit contentus, ibi, ubi privatus sit communione catorum, id est, Episcoporum, ut interpretantur Sylvest. verb. suspensio, post num. 6. & Henr. in summ. lib. 13. cap. 38. §. 1

<sup>16</sup> Unde pœnas suspensionis & irregularitatis cum suis declarationibus supra relatas extendendas esse ad Monachos & Religiosos exemptos, qui sine sui Abbatis, suorumque Superiorum licentia Ordines recipiunt ab Episcopo illius, vel alterius diocesis, resolvunt Quarant. d. verb. Ordo, vers. quibus sic specialiter, in princip. Bonac. d. puncto 11. num. 3. ubi n. 4. extendit etiam ad eos, qui ab aliquo Abbatte, aut ab alio habente jura Episcopalia Ordines recipiunt, quia illi non dicuntur ordinati à proprio Episcopo, aut ab alio de licentia proprii Ordinarli, juxta perme dicta supra alleg. 3. n. 10.

<sup>17</sup> Quando Episcopus ordinans clericum, alienæ dicēsis in litteris clericatus attestatur de licentia proprii Episcopi ordinasse, ejus attestationi standum est, ut resolvunt Menoch. de arbitr. lib. 1. q. 76. nu. 10. Gutier. canon. lib. 2. c. 17. n. 30. plures quos refert, & sequitur Carol. de Grassi de effectib. clerical. effectu 1. n. 638.

<sup>18</sup> Qui passus est sine licentia, aut litteris dimissoriis proprii Episcopi, ab alieno ordinari, licet fori privilegio gaudeat, is enim, cui Ordines à non suo Episcopo conferuntur, efficitur clericus, & imprimitur character, d. cap. eos, de tempor. ordin. lib. 6. Bajard. ad Clar. paragraph. fin. quest. 3. 6. numero 25. Carol. de Grassi. d. effectu 1. num. 634. cum seqq. Squillante de privileg. Cleric. cap. 7. dub. 3. num. 29. Diana resol. moral. part. 4. tract. 1. resol. 26. ubi notat id hodie non procedere ex Constitut. S. D. N. Urbani VIII. de ann. 1624. sub die 11. Decembris, secundum quam sic ordinati non gaudent privilegio fori, quod antea tenuerunt Mascal. de probat. concl. 1140. num. 4. Flamin. de resignat. benef. lib. 4. q. 2. num. 83. Gabr. Pereira de manu Regia, part. 2. cap. 26. num. 18. † Nihilominus tamen sit inhabilis ad Beneficia consequenda. Hieron. Gabr. conf. 181. n. 5. lib. 2. Flamin.

d.lib.4.q.2.n.58.Rebuff.consil. I. incip. Ordinatus, & in praxi benef. tit. de litteris dimissor. num. 22. & de pacif. possess. n. 127. Petr. Greg. de re benef. c. 36. n. 12. Carol. de Grass. d. effectu 1. n. 636. & effectu 15. n. 18. Campan. in divers. Iuris Canon. rub. 9. c. 2. n. 1. Seraph. dec. 742. n. 1. ubi tenet quod clericatus collatus à non suo Episcopo non est legitimè collatus, non facta mentione licentiae, tanquam solemnitatis extrinsecæ.

21 Ratio autem hujus resolutionis ea est, quia omnis à jure suspensus tam ab officio, quam à beneficio, nequit beneficia adipisci, sed illorum est incapax, provisioque ei facta est nulla, cap. cùm dilectus, vers. quia nobis, de consuet. ubi gloss. verb. cessavimus, gloss. verb. suspensi, in c. cùm bona, de atat. & qualit. gloss. verb. beneficiis, in fine, in cap. cupientes, §. caterum, de elect. in 6. Nav. in man. c. 25. n. 133. & cons. 25. n. 5. in antiqu. alias cons. 10. in nov. de tempor. ordin. Majol. de irregul. lib. 3. c. 10. n. 10. Ugolin. de censur. tab. 4. de suspensi c. 6. §. 7. n. 4. & c. 8. §. 6. num. 1. Flamin. de resig. lib. 5. quast. 6. num. 84. Azot. instit. moral. p. 2. lib. 6. c. 9. quast. 2. Less. de justit. lib. 2. c. 34. n. 116. Planè hujusmodi promotus est suspensus, ut supra dixi. Ergo beneficia consequi non potest.

22 Amplia hanc inhabilitatem non solum ad eum extendi, qui absque licentia, seu litteris dimissoriis proprii Episcopi ab alieno Ordines sacros accepit, sed etiam ad illum, qui prima Tonsura, seu minoribus Ordinibus insignitus fuerit, illi enim provisiones factæ non subsistunt, additio ad Navar. cons. 27. subd. tit. de tempor. ordin. Ugolin. de Paragr. 234. num. 4.

23 Limita quoad beneficia ante suspensionem obtenta, quibus propter hujusmodi inhabilitatem spoliari non debet, ni voluntariè steterit saltē per annum in ea suspensione, d. cap. cùm bona, de atat. & qual. ubi Anan. num. 5. Si verò tali durante suspensione ministrauerit, quia factus est irregularis, etiam non expectato anno, posset illicet beneficiis privari, per dictam Constit. Pii II.

24 Absolutio suspensionis, contractæ à suscipiente Ordines absque litteris dimissoriis, obtineri potest ab Episcopo: ratio est, quia in d. Constit. Pii II. non reservatur absolutio suspensionis, immò neque dispensatio irregularitatis; tum quia licet Sextus V. absolutionem sibi reservaverit, nihilominus ea Constitutio non attenditur tanquam revocata, & ad terminos Juris communis redacta, per Clemētem VIII. ut supra notavi: tum denique quia hæc facultas datur Episcopo in Concil. Trid. d. c. 8. ad fin. ibi, quandiu proprio Ordinario videbitur expedire, id est, quando suo placuerit Ordinario, vel futuro successori, Suar. dicta disp. 3. 1. selt. 1. n. 20. Petr. de Ledesm. in sum. ubi de sacram. Ordinis, c. 8. concl. 3. Tiber. de instruct. ad Ordines, c. 7. q. 5. vers. tertio, Marcel. Vulpe in praxi, c. 8. n. 1. me citato in hoc loco, Ciarlin. controv. forens. lib. 1. c. 46. n. 27. & sic ad hoc ut talis fiat capax, & possit beneficium retinere, sufficit ratihabitio proprii Episcopi Majol. de irregul. lib. 1. c. 10. n. 1. Bonac. de sacram. disp. 8. q. un. punct. 4. n. 15. Ciarlin. d. lib. 1. c. 46. n. 26.

### ALLEGATIO IX.

Episcopus quam honestatem in vestibus à clericis servandam constitue debeat?

#### SUMMARIUM.

I. Habitū clericorum proprius quis sit, nullib[us] determinatur.

- 2 Honestas vestium clericalium ponderabitur ex consuetudine, & usu uniuscujusque regionis.
- 3 Clerici conjugati debent uti illis vestibus, quibus clericī conjugati eiusdem regionis utuntur.
- 4 Vests Clericales majoribus Ordinibus congruentes apud nostros Lusitanos censentur talares.
- 5 Concilium Bracharense describit modum, & formam vestium clericorum.
- 6 Pilei quadrati sanctæ Crucis signum denotant; rotundi vero virtutum omnium perfectionem indicant.
- 7 Clerici in minoribus de cōsuetudine totius Hispania debent habere veste, qua cooperiant tota genua.
- 8 Clerici debent semper deferre veste proprio Ordini congruentes.
- 9 Honestas in vestium colore maximè requiritur.
- 10 Corona usus antiquissimus est in Ecclesia.
- 11 Clericus in majoribus, aut beneficium habens, si Coronam, vel habitum ad longum tempus absque justa causa non deferat, peccabit mortaliter.
- 12 Contra non deferentes habitum clericalem que pœna imponatur, ostenditur.
- 13 Clerici recipientes pensionem, & fructus Ecclesiasticos valorem annum 60. ducatorum aurei de Camera non excedentes, non tenentur deferre habitum clericalem.
- 14 Paraphernarii, & similes in inferioribus ministeriis Palatio Apostolico inservientes, & pensiones obtinentes, non tenentur deferre habitum clericalem.
- 15 Pœnam constitutionis Sixti V. evadunt deferentes pallium talare, quamvis toga non sit talari, nec genua tangat.
- 16 Clerici, qui ratione paupertatis habitum proprio Ordini congruentem gestare non valuerint, nullam pœnam incurront.
- 17 Clerici propter infirmitatem tonsuram non deferentes à pœnis excusantur latissimis contra habitum non deferentes.
- 18 Transformari coacti propter aliquod verisimile periculum, ab habitu decenti excusatur.
- 19 Domi sue, & occulte clericales veste non deferentes nullam pœnam incurrit.
- 20 Habitum semel dimittens, non est privandus beneficio, vel fori privilegio.
- 21 Ex necessitate itineris, vel peregrinationis licetum est clericis habere veste breviores.



Uis proprius sit clericorum habitus, nullib[us] determinari referunt gloss. pen. in Clement. I. de elec[t]. Farinac. in praxi crimin. p. 1. q. 8. n. 69. Mar. Antonin. var. resol. lib. 3. resol. 49. num. 1. novissime doctiss. Sperell. decis. 17. num. 44. nisi quod nimia brevitas, & longitudo reprobatur in c. clericis, de vita, & honest. cleric. Quare & honestas vestium Clericalium ponderabitur ex consuetudine, & usu uniuscujusque regionis, ut notavit gloss. in c. si quis virorum. 20. dist. gloss. similis verb. deauratis, in c. penult. de vita, & honest. cleric. gloss. verb. deauratis, in d. Clem. I. de elec[t]. quas commandant, & communiter receptas post antiquiores testantur Cov. pract. c. 31. n. 5. vers. 4. Salzed. ad Bernard. c. 78. Farin. in praxi crimin. q. 8. n. 69. Säch. de matr. l. 7. disp. 46. n. 5. & alii de quibus Sperel. d. decis. 17. n. 44. & dec. 66. n. 8. Th. Valasc. alleg. Iuris tom. I. alleg. 1. per totam, Carmill. Botell. in addit. ad Bellug. in speculo princip. rubr. 11. §. videamus, lit. B. Roland. conf. 4. n. 27. lib. 1. Vivald. in candela. Labro aureo, part. 3. ad finem, in explicatione Bulla Sixti V. de habitu, & tonsura, n. 9. vers. tertia assertio. Rendin. in propria Iuris, tom. I. rit. 17. n. 15. Zerola in praxi Episcopali p. 1. verb. Clericus, §. 14. Valer. Reginald.

in praxi fori pœnitent.lib. 50. tr. 3. n. 14 & 15. Piasec.  
in praxi nova Episcop. part. 2. c. 3. n. 14. pag. 129.  
Scacc. in tr. de judic. p. 1. c. 1. n. 84. & 87. Fr. Paulin. in  
praxi crimin. Regul. tit. 4. c. 33. n. 10. cum sequentib.  
Cened. pract. & canonic. quæst. lib. 1. q. 4. n. 30. Bellet.  
disquisit. clerical. p. 1. tit. de disciplina cleric. §. 16. a. n.  
11. & 16. Vivian. in praxi jurispatr. p. 3. lib. 15. c. 4. a.  
n. 9. Dec. tr. crimin. tom. 1. l. 4. c. 9. n. 96. Carol. de Grassi  
sis de effectibus cleric. n. 271. in pralud. Filliac. tr. 41.  
de benefic. c. 6. n. 14. novissime Sanch. in opusc. mora-  
libus lib. 7. c. 1. dub. 49. n. 2. Unde & in clericis con-  
jugatis est observandum, quod utantur illis vestibus,  
quibus clerici conjugati ejusdem regionis utuntur,  
& suo statui convenient, neque etiam oportere, quod  
illis utantur, quibus utuntur clerici in sacris, vel bene-  
ficiari, vel alias soluti, ut bene advertunt Cov. Farin.  
Sanch. & alii quos ipsi referunt proximè citatis locis.

Ambigendum tamen non est, vestes clericales  
majoribus Ordinibus congruentes censeri talares,  
demissas scilicet usque ad talos, ut expressit Sixt. V.  
in sua Constit. incip. Cùm sacrosanctum, infrà citanda,  
& notant Fulv. Pacian. in tractat. de probat. lib. 2. c.  
34. n. 38. & 39. Carol. de Grassi ubi sup. num. 271.  
Jacob. de Graff. in aureis decis. part. 1. lib. 3. c. 3. Guid.  
Pancitol. var. lect. lib. 1. c. 21. per totum, Bellet. dis-  
quisit. clerical. part. 1. tit. de disciplina cleric. §. 16.  
n. 13. Decian. tract. crimin. tom. 1. lib. 4. c. 9. n. 96. & 97.  
Moscon. in tractat. de majest. milit. Eccles. lib. 1. part.  
2. cap. 2. vers. de habitu autem. Camill. Borel. in sum.  
omnium decis. tom. 1. tit. 11. de vita & honestate cle-  
ricorum. n. 39. cum seqq.

Pro constitutis vero in minoribus egregie etiam  
modum, & formam istarum vestium describit Con-  
cil. Brach. ultim. part. 2. actione 4. c. 8. his verbis:  
Hortatur sancta Synodus eos, qui sunt in minoribus  
Ordinibus constituti, præsertim in via ad maiores Or-  
dines talarem vestem portent, rotundo pileo, caterisq;  
& interioribus, & exterioribus indumentis modestius  
mantur, & ad Ecclesiasticum cultum accommodatis, &c.  
Nec mireris quod & in regione illa jubeatur clericis  
pileos rotundos portare, quia licet multi per quadra-  
ti pilei figuram Sancte Crucis signum voluerint de-  
notari, secundum Pancitol. loco citato; rotundi ta-  
men non ignotum habent mysterium, sed statui,  
quem profiteri, sunt maximè convenientes: indi-  
ciant enim virtutum omnium perfectionem, secun-  
dum eundem Pancitol. quibus Clerici Lusitanæ,  
& universitatis Conimbricensis scholares semper  
utuntur. Igitur & Clerici in minoribus Ordinibus  
constituti, debent deferre vestes de consuetudine, &  
statutis totius Hispaniæ, quæ saltem tegant tota ge-  
nua, ut ex Pii II. Constit. refert. Coronæ etiam ma-  
gnitudinem depingens Ex ravagans Regni Lusitanie  
§. tit. 4. p. 2. his verbis, e que o vestido clerical que  
eran obligados à trozer, havia de ser que lhes chobrisse  
de todos os giolhos, e que à Coroa avia de ser, &c.  
apud Hispan. vero in l. 1. tit. 4. lib. 3. nova recop. ita  
cautum est: Yansi mismo sean las vestiduras, y bonete  
como las que costumbran traer los clérigos de Missa,  
y que otra manera an gozen del privilegio del fuero.  
refert Thom. Valasc. d. alleg. 14. n. 4. & 5. Qui quidem  
habitus, & tonsura clericalis ne à laicis deferatur, po-  
test Episcopus, ac quilibet Praelatus prohibere, ut ob-  
servat Marc. Anton. Genuens. in praxi Archiep. c. 53.  
n. 4. quem refert, & sequitur Carol. de Grassi de effe-  
ctu 1. n. 1290.

Ad honestatem vitæ clericorum spectat, ut ipsi  
condecori habitu utantur; & sic qui dignitati, pro-  
fessioni, atque ætati convenient: non enim vestibus,  
aut calceamentis decorum queretur debent, sed eo-  
rum professionem habitu, & incestu probare, c. clerici-  
cus, 31. dist. inquit enim Bald. in rub. num. 9. de vi-

ta & honest. cleric. quem refert Bened. Egid. in tract.  
de privileg. honestatis, art. 11. n. 1. vers. circa vestes,  
quod à sordibus abstineant, quia vestes sordidæ in-  
ducunt pudorem, vestem sordidam, ff. de injur. & è  
contra quod debent abstinere à vestibus nimis pre-  
tiosis, sed inediocribus indui debent. Nam quamvis  
habitum non faciat monachum, attamen clericos  
oportet semper deferre vestes proprio Ordini con-  
gruentes, ut per decentiam habitus extinseci, mo-  
rum intrinsecam honestatem præferant, Conc. Trid.  
dent sess. 14. de reformat. c. 6. & faciunt tradita per  
Henriq. in sum. lib. 10. c. 11. §. 1. Bened. Egid. de pri-  
vil. honestatis, art. 11. num. 1. Quamvis autem Concilium  
eo loco præcipiat, ut clerici vestes congruentes  
proprio Ordini semper deferant; sed tamen modo  
hoc debet intelligi, non de continua sine intermis-  
sione habitus, & tonsure delatione, sed pro tempo-  
re, & loco quemadmodum de omnibus affirma-  
tivis præceptis dicendum est, & nisi justa subsit causa,  
ut explicat Vivald. dict. loco, n. 10.

Requiritur præterea honestas in vestium colore,  
viridem enim, aut rubrum expressè improbat text.  
in d. c. penult. vers. per annos, de vita & honest. cler.  
in Clement. 2. in fine, eodem tit. ubi per totū text. Cle-  
mens V. multa de hac vestium honestate tradit, & ne  
clericis virgata & partita ueste utantur, explicat Ber-  
nard. & alii, de quibus Salzed. d. loco & Vivald vers.  
quinta assertio, ac Thom. Valasc. d. alleg. 11. n. 7. cita-  
tis locis, tubeus enim color permittitur solum Cardi-  
nalibus, & viridis Episcopis tantum. Menoch. de ar-  
bitrar. casu 392. num. 12. Pacian. in tr. cui incumbat  
negat. lib. 2. c. 34. num. 30. Scacc. de judicio part. 1. c. 11.  
num. 85. & 86. quos refert Carol. de Grassi de effe-  
ctibus cleric. in pralud. num. 272. Cùm ergo non sit  
Jure determinatum, quales in colore debent esse  
clericorum vestes, ideo relinquentur est consuetu-  
dini regionis, glos. in sum. 12. q. 4. Fulv. Pacian. de pro-  
bat. lib. 2. cap. 34. num. 38. Thom. Valasc. d. alleg. 11.  
num. 7.

Coronæ usus antiquissimus est in Ecclesia, ut 10  
multorum Auctorum referendo verba, & loca pro-  
bant Gregor. Valent. tom. 4. disp. 9. quæst. 5. punct. 3.  
& optimè Carol. de Grassi de effectibus Clericalib. in  
pralud. num. 181. quin Beda in lib. 5. de historia An-  
glorum, cap. 22. asserit S. Petrum in memoriam spi-  
næ coronæ Christi, coronam capillorum gestasse,  
toto reliquo capite detonso, & id alios clericos fuis-  
se imitatos: additque universum Clericum honoris  
causa ob reverentiam illius rafuræ in capite S. Petri  
à Judæis contumeliosè factæ, coronam deferre, ut  
referunt Durand. in rationali Divinorum, lib. 2. c. 1.  
n. 31. Polidor. Virgil. de inventorib. rerum, lib. 4. c. 8.  
Dionys. Paul. in flosculo de clericorum excellent. p. 1.  
num. 133. & de quatuor Patriarchalium Sedium. erect.  
c. 15. n. 7. Thom. Valasc. tom. 1. alleg. 42. n. 2. & latè  
D. Acuña in historia Episcoporum Portugalens. p. 1.  
c. 7. pag. 82. cum seqq. Vnde S. Isidor. verè Apostolo-  
rum institutum esse inquit lib. 2. de offic. c. 4. sequun-  
tur Bonacina de Sacramentis, disp. 8. q. unio. puncto ult.  
n. 4. Bellet. disquisit. clerical. p. 1. tit. de disciplina cle-  
ricali, §. 17. n. 19. Nihilominus in Ecclesia Tonsura  
prima fuit ordinata ab Aniceto Summo Pontif. ut  
habetur in c. prohibita. 23. dist. & in c. cleric. 5. de vita  
& honest. cleric. refert Platina in vitis Pontif. in  
ejusdem Aniceti vita. Ille scilicet in historia Pontif. part. 1.  
lib. 1. c. 7. & c. 14. Menoch. de arbitr. casu 392. n. 26.  
& latius de hac consuetudine tendendi clericis bar-  
bam, & coronam agunt ioh. Bernard. ad Stat. um  
lib. 4. Theb. pag. 106. Card. Baron. annal. Eccles. tom. 5.  
an. Christi 398. pag. 48. Joan. Pineda in Joh. c. 1. v. 2.  
pag. 5. 6. Fr. Bernard. de Britto in monarchia. Lusit. p. 2.  
lib. 5. c. 2. fol. 39. verso.

**¶ 1** Quam quidem Tonsuram, vel habitum si clericus in majoribus, aut beneficium habens non deferat ad longum tempus sine justa causa, peccabit mortaliter, prout resolvunt Abb. in cap. si quis. num. 1. de vita, & honest. cleric. Navarr. commento 4. de Regularib. num. 17. Henr. lib. 13. c. 39. num. 3. Vasq. 3. par. tom. 3. disp. 250. cap. 3. Reginald. lib. 30. num. 10. Bonacina d. punc. ult. num. 3. me citato in hoc loco Sperell. decis. 99. num. 12. quicquid teneant Henr. in sum. lib. 10. cap. 11. lit. M. Villalob. in sum. tom. 1. tract. 11. diffic. 16. num. 5. Diana part. 2. tract. 4. de Sacram. resol. 183. & necessitas ista portandi Coronam intelligitur in eo, qui crines habet, non in eo qui crinibus caret, quia vel canitiem calvam habet, vel ex aliquo morbo capilli de capite cedebunt, Iul. Clar. in pralt. § fin. quast. 3. 6. num. 17. Hippol. Bonacof. inter communes opin. verb. clericus, Nicol. Vigel. lib. 3. methodi Iuris controv. cap. 2. de privil. & rebus cleric. reg. 25. quinta replicatio est, Thom. Valasc. d. alleg. 21. num. 16. Jacob. Granat. de sacram. in 3. part. controv. 9. tract. 4. disp. 3. num. 8. quem refert, & sequitur P. Diana moral. resol. part. 5. ref. 60. ibi: Usus Corona tanquam rei magni momenti est antiquissimus, & in his, qui Ordinem sacrum receperunt, usus receptissimum gestare Tonsuram, adeo ut vix sine gravi scando omitti possit, qua sanè indicant rem hanc non esse leuis momenti, nec solùm obligare sub veniali: non tamen judicari debet lethale peccatum si per unum, aut paucos dies non gestatur Corona, &c.

**¶ 2** Contra non deferentes habitum clericalem disponit Concil. Trident. d. cap. 6. quod si postquam ab Episcopo suo etiam per edictum publicum moniti fuerint honestum habitum clericalem illorum Ordini, & dignitati congruentem deferre, & juxta ipsius Episcopi ordinationem, & mandatum non detulerint, per suspensionem ab Ordinibus, ac Officio & beneficio, ac fructibus, & redditibus, & proventibus ipsorum beneficiorum, necnon si semel correcti denuò in hoc deliquerint, etiam per privationem officiorum, & beneficiorum hujusmodi coegeri possint, & debeant; postea vero contra non deferentes habitum clericalem emanavit Constitutio Sixti V. incipit Cùm sacrosanctam die 5. Ianuarii 1586. ubi clericis & Militibus, qui in hac Urbe praesentes in habitu clericali & tonsura, ac Militibus in militari non incederet, mandatisque super id editis sub certo termino non obedierint, praeter alias penas contra eos inficias, sine ulla alia monitione, ipso facto privatos declarat quibuscumque dignitatibus, administrationibus, officiis, Canoniciis, & Præbendis, ac beneficiis etiam simplicibus, & præstimoniosis per eorum quemlibet in titulum, Commendam, vel alias pro tempore obtentis, necnon pensionibus, & fructibus, ac prædiis bonisque Ecclesiasticis hujusmodi, quocumque modo ex reservatis, vel reservandis omnique jure sibi in eis, vel ad ea quomodolibet competenti, de quo vide Gonzal. ad reg. 8. Cancel. glos. 15. num. 56. Stephan. Gratian. Marchia decis. 158. n. 5. & quod talis non incesserit in habitu debet concludentissime probari, quia est materia objectiva inferens ad poenam privationis, Rot. decis. 8. & 9. de except. in novis, Greg. XV. decis. 20. num. 3. ubi num. 4. resolvit quod pensionarius non amittit pensionem ex eo, quia non incedat in habitu, nisi constet de exactione pensionis; quia Bulla Sixti V. privat tantum illos pensionarios, qui pensiones exigunt, vel per quos stat quominus exigant.

**¶ 3** Postea vero idem Sixtus V. per aliam suam Constitutionem, ejusdem anni pridie Kalendas Februar. incip. Pastorale, declaravit habitum clericalem non tenere, si deferre clericos non recipientes pensionem, fructibus,

aut prædia, vel bona Ecclesiastica sibi in una, vel pluribus vicibus reservata, & concessa, summam, seu valorem annum 60. ducatorum auri de Camera insimul non excedentes, seu excedentia. Et insuper declarat non teneri in habitu, & Tonsura clericali incedere inservientes Palatio Apostolico in inferioribus ministeriis, ut sunt parafredarii, credentiaii, & similes, qui pensiones, aut fructus, bonave Ecclesiastica loco pensionum, usque ad quamcumque summam, & valorem percipiunt. Declarat etiam eos Clericos, aut Milites, quibus pensiones, aut fructus, bonave, aut prædia Ecclesiastica ad quamcumque summam reservata, aut reservari concessa sunt, non aliter ad gerendum militarem habitum teneri, postquam pensiones, fructus, aut alia præfata cum effetu exigere, aut percipere cœperit, vel per eos stetur quominus exigant, vel percipient: quantum Constitutionum tenorem referunt Pias. in praxi nova Episcop. p. 2. c. 3. num. 13. pag. 129. & 130. Quantitate in summa Bullarum, verb. habitus clericalis, in princip. & de ea meminerunt Vivian. in praxi juris patronatus, p. 3. lib. 5. c. 3. num. 4. Galet. in margarita casuum conscientia, verb. habitus. Bellot. d. §. 16. n. 13. Sed Constitutionem illam Sixti V. de habitu & tonsura disponentem cum persona privationis ipso jure beneficii, hoc respectu & parte non esse usum receptam in Hispania, probat Nicol. Garcia de benef. p. 7. c. 1. n. 24. quem refert novissime Salgado de supplicat. ad Sanctissim. p. 1. c. 2. n. 137. vers. item constitutionem.

Utrum autem ad evadendam penam p. ivationis ipso jure beneficiorum contra non deferentes vestes talares statutam in dicta constit. Sixti V. requiratur, quod plures, & omnes vestes talares sint, pallium scilicet, & toga; In dubium revocari solet à Doctoribus, in quo partem affirmativam suadere videntur supradicta Constitut. utens verbis pluralis numeri, ibi, vestes talares, juncta reg. c. pluralis loquuntio, dengul. Iur. lib. 6. & ideo hanc partem sustinent Moscon. de majest. militantis Eccles. lib. 1. p. 2. Coepol. cons. 11. num. 30. Vener. in examine Episcop. lib. 5. c. 5. n. 1. Thom. Valasc. alleg. 42. num. 4. Sed contrarium, nempe sufficere quod pallium perveniat ad talos, toga vero tegat genua, tenent Jacob. de Graff. in decis. au- reis p. 1. lib. 3. c. 3. num. 3. Vivald. ubi supra, vers. 4. assertio, Petr. de Ledesma in sum. p. 1. tract. 7. c. 2. prope 14. conclus. circa finem, Navarr. de novo Iure Pomi. concl. 117. n. 6. Diana part. 4. tract. 1. ref. 91. Non est enim necessarium portare duas vestes longas, ut ex Vivald. receptum dicit Nicol. Garcia de benef. p. 7. c. 1. n. 23. in d. sufficit, quod vestis superior clericalis sit, & cooperiat interiori, quamvis laicalem, ut ex Franch. & Sigism. Scacia resolvit Carol. de Grassis d. effectu 1. n. 1186.

Primo limita predictam Sixti V. Constitutionem, & dispositionem text. in d. Clement. 2. non procedere in clericis, qui ratione paupertatis habitum proprio Ordini congruentem gestare non valuerint, ut dictum refert Aloys. Ricc. in decis. curia Archiepisc. Neapolit. decis. 129. Ugolin. de potestate Episcopi, c. 2. n. 5. vers. 5. Carol. de Grassis d. effectu 1. n. 1175. Decian. tractat. crimin. tom. 1. lib. 4. c. 9. ubi exemplificat quando clericus esset ita pauper, ut non posset propter paupertatem alias vestes invenire, nisi laicæ sibi donatas.

Secundò limita si non posset propter infirmitatem Tonsuram deferre, quod etiam refert dictum Capella Tholos. decis. 104. quam citant, & sequuntur Ugolin d. c. 12. n. 3. vers. quoad Tonsuram, Vivian. in praxi juris patron. p. 3. lib. 15. cap. 4. num. 8. Bellot. disquisit. clerical. p. 11. tit. de disciplina cleric. §. 17. n. 9. Thom. Act. in tract. de infirm. p. 2. in verb. cleric. n. 12. Carol.

Carol. de Graffis d. effectu 1.n. 1171. Thom. Valasc. d. alleg. 11. n. 9.

18 Tertiò limita, & declara excusari clericum ab habitu decenti, si propter aliquod verosimile periculum transformari cogeretur; ita Pias eccl. in praxi nova Episc. d.c. 3.n. 14. vers. excusaretur. Vivian. de praxi juris patronat. p. 2. lib. 6.c. 10. n. 6. & 7. & p. 5. lib. 15. c. 4. num. 5. & 6.

19 Quartò limita, si domi sunt, & per consequens in occulto dimicteret, quia dicta clement. 12. de defrente publicè alienas vestes loquitur: ergo secùs si occulte: cum quia iste talis non dimittit habitum ne deferat, sed ut paulò post assumat: quo casu non dicitur dimissile; sicut etiam abesse non dicitur, qui statim est reversus, l. post liminum, §. captivis, & leg. nibil. ff. de captiv. & post. limin. reversis, cum traditis à Gonzalez ad reg. 8. Cancel. gloss. 43. num. 5. & ita in proposito hanc opinionem tenent Ugolin. d.c. 12. n. 3. vers. 4.

20 Quintò limita in illo, qui semel habitum dimisit qui non est privandus beneficio, vel fori privilegio, prout ordinat dicta constitut. Sixti V. propter unam habitus dimissionem, qua etiam attenta requiritur ut tantum perseveret, quod publicè pro laïco existimat. Ita Pias eccl. in dicto c. 3. num. 14. vers. excusaretur, Fatin. in praxi crimin. q. 8. num. 68. Prosper de Augustino in addit. ad Quarant. in sum. Bullarii, verb. habitus clericalis, Ugolin. d.c. 12. n. 3. §. 6. Vivian. d. c. 4. n. 7.

21 Sextò limita ex necessitate itineris, vel peregrinationis, propter quam licitam est clericis habere vestes breviores, c. Episcopi, 21. q. 4. Addit. ad Capell. Tholosan. quæst. 456. Bellet. disquisit. clerical. part. 1. tit. de disciplina clerical. §. 16. n. 14 ubi n. 15. etiam tenet licitum esse habitum mutare, ac etiam deponere si ex declaratione habitus clericalis justa esset causa timoris, d. Clem. 2. vers. nisi causa rationabilis, Hieron. de Laurent. Aven. decis. 125. n. 9. Iacob. Massul. in addit. ad Capyc. decis. 181. in ultimis verbis, Carol. de Graffis de effectu 1.n. 1174.

## ALLEGATIO X.

### Episcopi quarum rerum examini subjiciunt ordinandos.

#### SUMMARIUM.

- 1 Episcoporum munus est ordinationi facienda diligens scrutinium ordinandorum præponere.
- 2 Ordinandi quo tempore debent conveniri.
- 3 Episcopi, aut ab ipsis deputati prudenter viri ordinandi genus natalitia, personam, institutionem, patriam, vitam, mores, doctrinam, & fidem scrutari debent.
- 4 Genus ordinandorum scrutari debet an scilicet ex Catholicis parentibus, vel preditione damnatis, aut de matre serva nati sint.
- 5 Verbum, genus, de quo in Concil. Trident. sess. 23. de reform. c. 7. idem significat, quod legitimus, vel liber, & non refertur ad descendentes ex genere Hebreorum.
- 6 Descendentes à Iudeis an sint ab ordinatione excludendi.
- 7 Neophyti, qui recenter suscepit habitum Ecclesiasticum, ad Ordines admittendus non est.
- 8 Neophyti intendentes ordinare, que perquirere debet.
- 9 Natalitia perscrutari debent; id est, an legitimi, vel illegitimi sint.

Barbos. de Episcop. Pars II.

- 10 Personam, id est, an sint corpore vitiati, quia trun- cum, aut viciatum corpus habens ad Ordines non est admittendus.
- 11 In lege veteri maculam aliquam corporalem ha- bentibus hostias offerre Dominus prohibuit.
- 12 Apud Ethnicos, & Gentiles præceptum erat, ut Sacerdos integer esset.
- 13 Institutio accipitur pro titulo.
- 14 Vita in materia de qua agitur accipitur pro acta vivendi irreprehensibiliter justo, & recto.
- 15 Parochianorum simplici assertioni testificandi de fama bona statur.
- 16 Dignum quemlibet presumimus, quem nescimus indignum.
- 17 Doctrina cum sit quid extrinsecum, homini in- esse alicui non presumitur.
- 18 Doctrina non per testes, & famam, sed ex actuali examine probari debet.
- 19 Episcopus inquirere debet intentionem ordinandi, an illi adsit, vel desit intentio ascendendi ad alios Ordines.
- 20 Suscipiens minores Ordines sine intentione af- pendendi ad Superiores, non peccat.
- 21 Examinis alter modus an servetur?
- 22 Ordinatus nullo premisso examine quam pœnam incurrat.
- 23 Ordinatus contra prohibitionem Episcopi haben- tem ne quis ad Ordinationem accedat sub pena excommunicationis non examinatus, vel appro- batus contraheret suspensionem, non nisi à Papa dispensandam.
- 24 Ordo si de facto mulieri conferretur, non recipere characterem impediente sexu.
- 25 Clavium potestas fœminis non competit.
- 26 Fœmina Iure divino incapaces sunt eorum, qua sunt Ordinis.
- 27 Cap. Diaconisse, 27. quæst. 1. & c. Sacras, 23. dist. declarantur.
- 28 Hermaphroditus, qui habet utrumque sexum pa- rislem, aut prævaleret in famineo, ordinari non potest.
- 29 Etas que in ordinandis requiratur? remissive.
- 30 Illiterati prohibentur ordinari.
- 31 Episcopus que inquirere debeat antequam ali- quem ordinet?
- 32 Homicida, vel mutilator membrorum principa- lium ordinari non potest.
- 33 Infideles & heretici ab Ordinibus repelluntur.
- 34 Hereticis sunt irregulares.
- 35 Irregularitas, quam contrahunt heretici, an dñe postquam per pœnitentiam revertuntur.
- 36 Hereticorum fauores, credentes, & defensores, cle- ricatu habentur indigni.
- 37 Filii hereticorum quando excludantur à clericatu, ostenditur.
- 38 Neophyti à clericatu non simpliciter repelluntur.
- 39 Excommunicati suspensi, vel interdicti ab Ordinibus sunt repellendi.
- 40 Infames infamia liris omnino ordinari non debent.
- 41 Criminosi ordinandi non sunt.
- 42 Pœnitentes solemniter ordinari prohibentur.
- 43 Bigamis non possunt ordinari, quod multipliciter declaratur.
- 44 Conjugati non sunt ad Ordines promovendi.
- 45 Servi ordinari non possunt, nisi plena libertatis fuerint restituti.
- 46 Cardinales non sunt ordinandi, & declaratur late.
- 47 Obligati ad reddendas rationes non posse fieri clericos, multipliciter declaratur.
- 48 Corpore vitiati ordinari non debent.
- 49 Arreptiti prohibentur ordinari.
- 50 Illegitimis non possunt fieri Clerici.

51 Ordinandus non est qui beneficium Ecclesiasticum non obtinet, aut aliud unde commode vivere possit.

52 Peregrini, & ignoti ordinari non debent.

**V**T in Ecclesia Dei ministri adsint vitæ integritate, moribus, & doctrina insignes, nulloque impedimento adstricti, munus est Episcoporum ordinationi faciendæ diligens scrutinium ordinandorum præponere: constitutum est enim in cap. Episcopus 2. c. 4. distinct. & in c. placuit, fine in cap. estote 3. quest. 1. cap. aures, & c. ut nostrorum, de officio Archid. c. nihil, §. Episcopi, de elect. cap. unic. de scrutin. in Ordine fac. ut clericorum ordinationem scrutinium, seu examen per Archidiaconum, ipsum Episcopum faciendum præcedere debeat. Oportet igitur ordinandum Episcopum illud Apost. ad Timoth. 5. meminisse, nemini circò manum imposueris, refertur in c. quid est 78. dist. & illud animadvertere, quod sanctus Pontif. Clem. ut refertur in cap. tales, 23. dist. præcipiebat dicens: Tales ad ministerium elegantur clerici, qui dignè possint dominica Sacra menta tractare, cap. cum sit, de state & qualit. c. quibusdam, in fine, 1. quest. 1. c. ex multis, vers. nec elegantur, 1. q. 1. melius est enim in Domini Sacerdotio paucos habere ministros, qui possint dignè opus Dei exercere, quam multos inutiles qui onus grave ordinatori adducant, Zosimus quoque Pontifex relatus in c. si officia, 59. dist. hac de re loquens, post multa sic ait: Facit hoc nimia remissio consacerdotum nostrorum, qui pompam multitudinis querunt, & putant ex hac turba aliquid dignitatis acquiri, & post pauca, quibus aliud prestare non possunt, divinos Ordines largiuntur, quod oportet districti semper esse judicii. Concil. Hispalen. c. 2. ratum est enim omne quod magnum est. Et Hieron. in Michaam, relatus in c. hi quoscumque, 1. q. 1. Hi quoscumque, inquit, de ecclesiis suis ordinantes, & vitam eorum in scandalum populi exponentes, rei sunt infidelitatis eorum, qui scandali cantur. Cùm igitur Episcopus disponit ordinationes facere, omnes volentes accedere ad sacrum ministerium debent convenire feria quarta præcedenti ad examinationem coram eo, qui viros prudentes, divinæque legis gnaros, & exercitatos in Ecclesiasticis sanctionibus eligit, ut illa investigent quæ inferius dicam, c. quando 24. distinctione. Concilium vero Trid. requirit, ut per mensum antea aedant Episcopum, qui parochio, aut alteri, cui magis expedire videbitur, committat, ut de nominibus, ac desiderio eorum, qui velint promoveri, publicè in Ecclesia propositis requisitis diligenter inquirat, & litteras testimoniales ipsam inquisitionem factam continentes ad ipsum Episcopum quamprimum transmittat, juxta c. 5. sess. 13. de reformat. & de materia latè Ugolin. de officio Episcopi c. 26. §. 18. à num. 1. Sanch. in opusc. moralib. lib. 7. c. 1. dub. 46. num. 7. Marchin. de sacram. Ordin. tract. 2. p. 6. c. 11. Homobon. de Bonis de examine Ecclesiastico tractat. 2. cap. 3. quest. 26. Salzed. ad Bernard. in tract. c. 25. lit. A. vers. hoc autem, cuius dispositio in Bracharense Provincia ad unguem observatur, ut constat ex ejus Concil. Provinc. ultim. actione 4.

3 Debent igitur Episcopi, aut ab ipsis deputati prudentes viri, ordinandi genus, natalitia, personam, institutionem, patriam vitam, mores, doctrinam, & fidem scrutari, ut statuit Concil. Trid. sess. 23. de reform. cap. 5. & 7. & ante c. quando, 24. distinct. & rigorosè hoc examen institui debet, cap. institutus, de purgat. canon. c. cum in cunctis, de elect. Episcopi enim interest ne indigni ordinentur, & ille tenetur ex culpa examinatorum, cap. ad hoc, juncta gloss. verb. examinentur, de officio Archid. & probat latè Carol. de Gras.

sits de effectibus clerical. in prelud. à n. 343. cum multis seqq. & præcipue num. 358. Peccabit namque mortaliter si ordinaverit scienter indignos, id est, non habentes sufficientiam scientiæ, & bonitatis, quia infideliter in re gravissima agit officium dispensatoris. S. Thom. in 4. distinct. 24. quest. 1. artic. 4. questione 4. Sylvest. in summ. verb. Ordo 3. I quest. 8. Sanchez in opusc. moral. lib. 7. cap. 1. dub. 46. n. 1. ita ut non satis sit quod nesciat Episcopus ordinandum esse malum; sed quando ordinandus est ignotus, tenetur Episcopus adhibere diligentiam, & etiamen, ut habeatur certitudo moralis de sufficientia, vita, ac moribus ordinandi. Ita Sanchez. d. dub. 46. num. 3.

Genus namque primo loco relatum requisitum declaratur, an ex Catholicis parentibus, vel productionis damnatis, aut de matre serva natæ sint, iuxta explicationem Maioli de irregularit. lib. 4. cap. 2. Henr. in summa lib. 10. cap. 17. §. 2. in commento littera G. Avila de censur. part. 7. disput. 4. dub. 4. latè & bene Sanchez. in præcepta Decalogi, tom. 1. lib. 2. cap. 28. num. 15. ubi ait citatis supradictis Doctoribus, Concilium Trid. d. c. 7. solùm voluisse, ut Episcopi inquirant an promovendus sit ex filiis, aut nepotibus hereticorum, fautorum, defensorum, receptatorum, quos Jus à suscipiendis Ordinibus excludit, usque ad secundum gradum via masculina, vel usque ad primum viâ fœminina? Verbum enim, genus, de quo in d. cap. 7. Concil. Trid. propriè idem significat, quod legitimus, vel liber; non autem refertur ad descendentes ex genere Hebræorum, prout tenet Cened. ad decretal. collect. 77. num. 20. quem refert D. Acuña in c. quando, num. 6. dist. 24. & videtur tenere Sahugun. in cap. eam te, num. 23. de rescriptis. Ideo & non sunt illi ab ordinatione excludendi (nisi aliud Canonicum obseruat impedimentum) qui à Iudeis originem trahunt, vel quorum Majores, et si hæretici fuerint, emendatos tamen esse constat, & reincorporatos Ecclesiæ unitati, & proculpa hujusmodi ad mandatum Ecclesiæ pœnitentiam receperisse, quam vel perfecerunt, vel perfectioni ejus insistunt, aut paternos fuisse ad recipiendum eandem juxta Constit. Bonifac. VIII. in cap. statutum, de haret. lib. 6. ita post alios decisum refert Armend. in additionibus ad copil. leg. Navarræ, lib. 1. tit. 1. 21. l. unica, n. 6. ubi id intelligendum dicit, nisi aliquo privilegio Apostolico, aut confirmatione aliud caveretur: & novissime Laurent. de Franchis in controv. inter Episcop. & Regul. pag. 78. vers. ad 14. advertit Concilium Cathol. cum non induxit circa hoc novum Ordinis impedimentum, sed dumtaxat quæ antiquo Iure statuerant, servari ad unguem præcepisse, additique, quod non vulgariter notandum censeo, quia multi circa hoc hallucinantur. Vide multa, quæ ad dictorum probationem suprà diximus part. 1. tit. 2. gloss. 17. n. 5. cum seq.

Neophytus tamen, qui recenter suscipit habitum Ecclesiasticum, ad Ordines admittendus non est, cap. sicut, 48. dist. ea scilicet ratione, ne in superbiam elatus in judicium incidat diaboli, ut dicit Apost. 1. ad Timoth. 3. fortasse credens fidem Christianam ejus auxilio indigere, ac sine eo regi minimè posse, ut super eadem Epistola glossavit Lyrensis, & gloss. in sum. 48. dist. quod non procedit in eo, qui diu antea, aut etiam ex ipsa nativitate jam baptizatus est, quamvis genus ex Iudeorum gente deduxerit: hi enim non sunt incapaces Ordinum, etiam si parentes ipsorum in Iudaismo, vel Maurismo adhuc persistenter, ut per Covar. in Clement. si furiosus, p. 1. §. 2. num. 7. vers. 1. conclus... Navarr. in man. c. 27. num. 205. vers. 3. dico, Greg. de Valent. tom. 4. disp. 7. puncta 3. §. 3. Sayr. de censur. lib. 6. c. 13. sub n. 11. Sanchez. d. cap. 28.

cap. 28. num. 11. Suar. de censur. disp. 43. sect. 3. n. 8. vAila eod. tract. p. 7. disp. 4. dub. 4. novissimè post hæc impressa in luce editus Marchin. de sacram. Ordinis; tractat. 1. part. 10. cap. 2. num. 6. idè promoto legimus Divos Severum, Nicolaum, & Ambrosium in cap. statuimus, §. fin. 61. distinct. ipseque Ambrosius comprobat, inquiens ordinationem suam Occidentales judicio Episcopos, Orientales verò exemplo probasse in cap. neophytus, 61. distinct. ubi glossa, tum in figuraione casus, tum in fine addit exemplo probasse, qui multos tales elegerunt: & nos legimus de Iudeis convertis Ecclesiam fundatam esse, juxta gloss. final. in cap. eam te, de rescript. exemplo Beati Petri, & aliorum in c. 9. 71. distinct. + Igitur qui eos intendunt ordinare ( quorum arbitrio sunt inferius relata consideranda, non expectata ad hoc ulla Pontificis dispensatione, ex adductis per Sanchez d. cap. 28. n. 12. ) debent perquirere, & diligenter investigare, quamplura circa illorum vitam, & usum, atque ea praesertim, quæ illi ad primævam sectam mente & secrete conversi nonnunquam obseruant, & ex quibus dignoscit Ecclesia eos iterum reversos ad illa: signa autem hujusmodi nonnulla recenset Eymetic. quoad neophytes ex Iudaica gente progaatos in 3. part. directorii, num. 114. ubi subscriptis Pugna quamplura, & notabilia adducens in comment. num. 25.

Supereft ut videamus quamdiu hoc impedimentum permanere videatur, & an Episcopus cum verè neophyto dispensare valeat? Quoad primum multi multa dixerunt; nonnulli existimarent, satis esse lapsum unius anni, ut quis destinat dici novus Christianus, sicut miles novus is dicitur, qui anno completo non militavit, & post annum inter veteranos enumeratur, l. qui cum voto, §. fin. ff. de re milit. Christma dicitur novum, quod annum non excedit; quo elapsi sit antiquum, & est renovandum, cap. litteris, de consecr. dist. 3. Vinum vetus dicitur post annum, l. novus, ff. de tritico, vino, & oleo leg. Alii requirunt lapsum biennii, Roman. sing. 421. Campan. in divers. Iuris Canon. rub. 11. cap. 7. n. 4. & 5. Ricciul. in tract. de Neophytis, c. 16. n. 9. Spatum saltem decem annorum à suscepto Baptismo ad sacram Ordinationem requirit Nav. in man. cap. 17. num. 205. Verius tamen est, durationem hujus impedimenti arbitrio Episcopi dijucandam relinqu, ut dixi sup. p. 1. tit. 2. gloss. 11. num. 8. Quoad secundum verò dubium dic neophyti posse ab Episcopo admitti ad minores Ordines, quia hujusmodi ordinatio nullo textu catur, cùm solum sacri Canones loquantur de majoribus Ordinibus, Decian. in cap. eam te, num. 32. de rescript. Felin. in c. cùm sit, in princ. de Iud. Roman. de sing. 421. Mascard. de Iud. p. 3. cap. 5. sub num. 8. Ricciul. d. tract. cap. 1. num. 12. Bellet. disquisit. cleric. part. 1. §. 12. n. 9. Quicquid contradicunt Cov. in d. Clem. si furiosus. p. 1. §. 2. num. 7. concl. 1. Hojed. de incompatib. p. 1. cap. 24. n. 3. Campan. dict. rub. 11. c. 7. num. 2.

<sup>9</sup> Natalia, hoc est, an legitimi, vel illegitimi sint, glos. in cap. quando, 24. distinct. filii enim Presbyterorum, & cæteri ex fornicatione nati, ad Ordines promoveri prohibentur in cap. 1. de filiis Presbyterorum; sanxerunt etiam Gregor. IX. in cap. fin. eodem tit. & Alexander III. in cap. cùm in cunctis, de elect. necnon Pius V. abundè in sua Constit. 120. incip. Quæ ordini, ac Sixtus etiam V. in Constit. contra clericos male promoto, incip. Sandrum. & salutare; & antea recensuerat Catechesis Rom. sub tit. de sacramento Ordinis, §. sequitur, his verbis, Spuriis quoque. & ii omnes, qui ex legitimis nuptiis non sunt procreati, excipiuntur a susceptione Ordinum. Patriam ordinandorum esse investigandam, ut sciatur quibus ipsi sint imbuti mo-

ribus, probat d. c. quando 24. Tiraq. 1. 7. connub. glos. 1. n. 74. nam propter nativitatem, vel patriam præsumuntur quis bonus, vel malus. Simanch. de Cathol. c. 50. n. 8. & 9.

Personam, idest, an sint corpore vitiati, ex glos. 1. 2. cap. quando; Canonicis enim sanctionibus constitutum est, ne truncum, aut vitiatum corpus habentes auderent Ordines suscipere Ecclesiasticos, cap. præcipimus, 34. dist. c. 1. 35. dist. c. 2. ubi gloss. verb. deformitatem, & notant Doctores in c. 1. & 2. de corpore vitiat. & Albert. Trot. de vero, & perfecto cler. lib. 2. c. 16. Sic etiam in lege vereti Dominus allo- quens Moysen Levit. cap. 21. maculam aliquam corporalem habentibus hostias offerre Domino in hæc verba prohibet: Omnis qui habuerit maculam à semine Aaron Sacerdotis, non accedat hostias offerre Domino: cujus seriem morali interpretatione prosequitur D. Gregor relatus in c. hinc etenim, 49. distinct. + Apud Ethnicos, & Gentiles præceptum etiam erat, ut Sacerdos integer esset, tanquam mali ominis res vi- tanda, si non integri corporis erat, ut refert Plinius lib. 7 naturalis historia, c. 28. Sic etiam Romani, qui de Vestali virgine capienda scripserunt, negarunt fas capi esse, quæ lingua debili. sen. uive aurum di- minuta, aliave quavis corporis labe intincta esset; cujus historiæ relator est Aulus Gel. lib. 1. noctium Atticarum, cap. 12. illiusque auctoritate adductus D. Hieronymus ad Demetriadem virginem scribens, gravissimè invehitur contra parentes deformes filias virginitati dicantes; solent etenim ( inquit ille ) mi- seri parentes, & non plena fide Christiani deformes filias, aliquo membro debiles, quia dignos generos non inveniunt, virginitati tradere.

Institutionem, idest titulum, juxta glos. in dist. cap. 1. quando, prout resolvit Campanil. in divers. iuris Ca- nonici, rub. cap. 1. n. 3. ubi etiam refert munus Episco- porum esse in scrutinio faciendo circa personam pro- movendam præ ceteris in titulum ordinandi inqui- rere, de quo latè dicemus alleg. 19. cum sequenti.

Vitam, moresque. Vita propriæ hū. accipitur pro actu vivendi irreprehensibiliter, justo, & recto, ex interpretatione Luc. de Pen. in l. nequè furioso, C. de dignita:ibus. lib. 12. quamvis aliquando ad interiorem animi virtutem pertinere videatur, si honestas ei jungatur, quæ magis ad exteriorem conservationem spectat, ex sententia D. Thom. 2. 2. quest. 145. art. 1. in 3. arg. Bonitas vitæ, quæ in promovendo ad Ordines requiritur, non desideratur generalis, idest, ut careat peccato mortali, hoc enim necessarium est ad omnia Sacra menta, sed requirit ut morum hone- stas, hoc est, ut sit sobrius, castus, &c. de quo in tit. de vita, & honest. cleric. Ita Sot. in 4. dist. 25. quest. 1. art. 4. Sanch. d. lib. 7. cap. 1. dub. 46. num. 1. Valer. Re- ginald. in praxi fori ponit. lib. 30. tract. 1. n. 32. vers. quartio, ubi ait in Ordinando requiri morum probi- tam, qua conscientiæ testimonio non agnoscat se in peccato publico, aut in infamia publica, ac de reliquo proponat vitæ emendationem. Boni enim mores sunt necessarii in Ordinatis, & beneficiariis, ut per Cosin. in pragm. sanct. tit. de elect. cap. sicut, §. 2. deinde, verbo Moribus, fol. 99. verso, Selv. de benef. p. 3. q. 5. n. 35. Nav. in cap. si quando, except. 11. num. 2. de rescript. Flamin. Paris. de resign. lib. 4. quest. 1. 1. à nu- mero 15. Qui autem dicantur boni mores, & qui pravi, vide Plat. de legib. Dial. 2. & 3. Arist. in pro- blem. sect. 14. num. 1. Ioan. Pic. M. randul. in Astrolog. lib. 3. cap. 12.

Inquirendum est igitur, si ordinandus sic castus, 1. 2. dist. usque ad 35. per tot. Si prudens, 36. distinct. usque ad 40. per tot. Si ornatus virtutibus, 40. dist. usque ad 42. per tot. Si hospitalis, 42. distinct. & 86. per tot. & domini lux benè præpositus, 66. dist. & 81.

## 220 De officio, & potestate Episcopi.

36. & 91. dist. per tot. Nec etiam sit ebriosus, aut ligiosus, vel maledictus, non calumniator, neque adulator, vel proditor, scurrilis, aut joculator, nec invidens fratrum profectibus, aut injuriarum suarum ulti. Præterea ne sit cupidus, aut usurarum exactor, cap. pervenit, 76. dist. cap. seditionarios, cum seq.  
 46. dist. Sed neque nimium simplex, cap. Episcoporum, ubi glos. & Doctores, & cap. Petrus, 74. distin&t. & alii hujusmodi careat, & ideo olim qui erat Ordines suscepturus, prius se victurum secundum Canonicas regulas promittere tenebatur, ut habetur in cap. quamquam, 23. dist. quod hodie in Sacerdotis ordinatione, & in obtinentibus Ecclesiasticam dignitatem, vel curam animarum servatur, ut in Pontificali; hi vero, qui bonum habent testimonium & famam examinatione non indigent, ut ex decreto Concilii Carthaginensis III. colligere licet, de quo in c. 2. glos. 24. dist. + Simplici verò assertioni parochianorum testificantium de fama bona statur, quia nimis cum ipsis concurret iuris præsumptio; + illum enim præsumere debemus dignum, quem ne scimus indignum, & cùm deputati de judic. cap. dudum de præsumpt. l. cùm pater, §. rogo, ff. de legat. 2. ex ea ratione secundum Host. in sum. tit. de scrutinio in Ordine faciendo, in fine, quia virtutes naturaliter homini debent inesse maximè post Baptismum, c. 2. de consecrat. dist. 4. & ita testimonia morum, quæ solent exhiberi tempore scrutinii, requiruntur ad licet suscipiendos Ordines, quod ex Conc. Trid. sess. 23. c. 3. communi praxi dicit receptum Bonacina de Sacram. disp. 8. q. unica, punct. 5. n. 17.

17 Doctrinam. Cujus materiam interpretor agens de singulis Ordinibus in particulari, veluti alleg. 11. n. 4. & alleg. 14. post n. 9. quæ cùm sit quid extrinsecum, & accidentale homini inesse alicui non præsumitur; nemini enim doctrina inesse creditur, nisi labore queratur: unde + non per testes & famam, sed ex actuali examine probari debet, ita quod nec Regulares excusantur quominus de doctrina possint examinari, ut habetur in Concil. Trident. sess. 23. de reform. c. 12. Sunt igitur singuli examinandi de qualitatibus & requisitis Ordinum singulorum, & de cuiusque Ordinis officio, quem sunt suscepturi, ut in sequentibus allegat. ostendimus, quod etiam respectu Regularium Ordines suscipere volentium, locum habet, ut dixi infra alleg. 11. ante n. 7.

Quoad Archiepiscopos, & Episcopos Regni Neapolitani, & obligationem eis incumbentem conferrendi Ordines benemeritis extra decretum S. Congregationis Cardinalium negotiis jurisdictionibus Regni Neapol. prepositorum, quæ justis, gravibusque adducta causis, de S. D. N. Gregorii XV. speciali eridine vive vocis oraculo desuper habito, expressè præcipit & mandat omnibus, & singulis ejusdem Regni Archiepiscopis, & aliis inferioribus legitimam facultatem habentibus, vel antequam primam Tonsuram, sive ad minores aliquem promoteant, Parocho, seu alteri, cui magis expedire videbitur, committant ut nominibus, & desiderio eorum, qui volunt promoveri, publicè in Ecclesia propositis, de ipsorum ordinandorum natalibus, aetate, moribus, & vita à fide dignis diligenter inquirat, & litteras testimoniales ipsam inquisitionem factam continent, ad ipsum committentem quamprimum transmittat, ad hoc ut tam ab iis, & aliis ex sacri Conc. Trid. prescripto in c. 7. sess. 3. de reform. adhibendis diligentius sibi constet promovendos illis esse qualitatibus præditos, quæ per sacros Canones, idemque Concilium requiruntur, quod & observent, & in litteris dimissoriis concedendis in quibus exprimatur præfatas diligentias præcessisse. Dicta autem littera dimissoria uni tantum, & certo Ordinario ad electionem concedentis imposterum dirigantur, & pluribus directa

sunt nulle, predictaque vult inviolabiliter observari, donec aliud fuerit ordinatum: si quis vero contra formam presentis decreti fuerit ad primam Tonsuram, sive ad minores Ordines admissus, & ab exequitione collati Ordinis, & à susceptione superioris perpetuo suspensus sit, & ulterius condignis poenis puniatur. Ordinans vero, vel dimissorias concedens ultra divinam ultiōnem, quam incurret, à collatione Ordinum per annum suspensus sit eo ipso. Roma 10. Kal. Iulii 1633. Octav. Card. Bandinus Laurent. Campeg. Secret.

Episcopi, seu ab ipsis deputati inquirere debent intentionem ordinandi, hoc est, an illi adsit, vel desit intentio ascendendi ad altiores Ordines, cùm aptus fuerit: + si enim ea careret intentione, non deberet ordinari, ut tenet Henr. sum. lib. 10. cap. 17. n. 2. quia aliter faciendo peccaret mortaliter, præcipue si eo tantum fine faciat, ut frueretur exemptione fori, & eximeretur à solutione tributorum, & veitigalium, de quo vide infra alleg. 11. n. 16.

Examen circa mores Clerici secularis volentis ad ordines promoveri, sic debet fieri: Si ad Ordines minores est promovendus, bonum à Parocho, & Magistro scholæ, in qua educatur, testimonium habeat, ut definitur in Concil. Trident. sess. 23. de reform. c. 5. Si vero ad sacros Ordines est promovendus, per mensum ante ordinationem Episcopum aeat, qui Parocho, vel alteri, cui magis expedire videbitur, committat: ut nomen, & desiderium promovendi publicè in Ecclesia proponat, & de illius natalibus, aetate, moribus, & vita à fide dignis diligenter inquirat, & testimoniales literas de inquisitione facta ad Episcopum mittat, ut habetur in Trid. d. c. 5 & jam diximus supra n. 2. in fine. Aliud vero scrutinium habetur feria quarta ante ipsam ordinationem, vel quando Episcopo videbitur, vocatis peritis, & probis, ac in Ecclesiasticis sanctionibus exercitatis, qui diligenter investigent, & examinent ordinandorum genus, personam, aetatem, mores, fidē, sicut docet idem Trid. sess. 23. de reform. c. 7. de quibus omnibus ja supra egimus a n. 4.

Alter vero examinis modus servatur ipso die ordinacionis, dum prior Diaconorum, seu major Diaconus, aut Archidiaconus ordinandos representat Episcopo, & examinat, juxta cap. nostrum, de officio Archid. quod tunc sanè evenit cùm prædictus clara, & intelligibili voce monet adstantem populum, ut si quis contra ordinandorum aliquem sciens impediementum, quod illum ab Ordinibus impedit, proponat, & ibidem Episcopus interrogat Archidiaconum, num sciat ordinandos esse dignos; ipse vero respondet, & scio, & testificor quantum humana fragilitas nosse sinit ipsos esse dignos, cap. unic. de scrutinio in Ordine faciendo. In qua responsione non peccat, licet ipse non examinaverit, dummodo ab aliis examinerib[us] deputatis sciat fuisse approbatos, & dummodo contra conscientiam non loquatur. Si vero sciret aliquod impedimentum, illud debere Episcopo secretò nunciare, dummodo malitiosè nihil faciat, Hostiens. d. loco, num. 1. Et tamen verissimum hoc minimè servari ab omnibus Episcopis tantummodo destinantibus personas sibi benevolas, & non ipsos Archidiaconos, & quæ adducti ratione id faciant, me latet, eo quod eorum usus contradicit iuri communi, & potius abusus, seu corruptela dici possit.

Ad Regulares minime extendi dispositionem Concilii d. c. 5. cùm in illis satis sit Episcopos testimonium habere ab ordinandorum Superioribus Regularibus affirmantibus, & attestantibus predictos nullo requisitorum indigere, ejusque fidei standum sit, præterquam circa doctrinam pro qua subjunctione Episcoporum examini, referunt decisum Fr. Emmanuel. quast. Regul. som. 3. q. 24. art. 1. Sanch. d. dub. 46. num. 5.

num. 5. Ugolin. d. §. 18. num. 2. vers. tertio excipiuntur Regulares, Campan. in diversorio Iuris Canon. rub. 12. c. 13. n. 35.

Peracto præmisso examine, nul'aque præhabita inquisitione, si quis fuerit ordinatus, si ignotus est, quamvis dignus, deponendus est, ex Sylvest. verb. Ordo 2. num. 2. vel si cognitus, sed inhabilis, etiam si impedimentum noverit ordinans, nec dispensavit expressè, cap. si sine examinatione, 81. distinct. Henr. d. lib. 10. cap. 18. §. 1. juncto commento lit. B. Attamen si esset cognitus, & dignus, nec peccaret, nec deponetur, si absque præcedenti scrutinio fuerit Ordinibus insignitus, ut probat text. juncta gloss. in c. nullius, 24. dist. Sylvest. d. n. 2. Majol. de irregular. lib. 4. c. 9. n. 6.

Et quidem si ab Episcopo ante inceptam ordinacionem inhibitum fuerit, ut solet, ne quis ad ordinacionem accedit non examinatus, nec approbatus, vel sine litteris dimissoriis, & aliis requisitis sub excommunicationis pœna, ordinatus contra hujusmodi prohibitionem contraheret suspensionem non nisi a Papa dispensandam, juxta cap. 1. & 3. de eo qui furtivè Ordines suscepit. Quæ quidem excommunicatio afficit omnes etiam Regulares, quia in illo actu subduntur Episcopo, Navar. in man. c. 25. n. 72. Laurent. de Peirinis tom. 1. privil. Minimor. constit. 1. Iulii II. §. 16. num. 39. Lezana in sum. quest. Regul. c. 14. n. 22. Monet tamen Holliens. d. tit. de scrutinio in Ordine faciendo, in fine, ut Episcopi ab hujusmodi excommunicationibus se abstineant, ne laqueos parent; sed alias pœnas inhibendo comminari debent. Verum si postea Episcopus eum sic contra dictam inhibitio nem malè ordinatum absolvat, & dispenseat, an talis dispensatio valeat? Vide Laurent. de Franchis in controvers. inter Episcop. & Regul. pag. 84. in respons. ad 29. ubi in respons. ad 28. ait quod si Episcopus eo tempore, quo confert Ordines, his verbis utatur: Non intendimus ordinare non examinatos & approbatos, tunc qui se ingessit, non erit ordinatus, ideo oportet denud ordinari, injungendaque prius illi erit pœnitentia, quia valde deliquit se ingerendo Ordinum susceptioni ante approbationem. Advertit Ioan. Præpos. in 3. p. D. Thoma, q. unic. de sacrament. Ordinis, dub. 17. num. 171. quod hæc excommunicatio comprehendit etiam extraneos alias Episcopo non subjectos; additque, quod si Episcopus dicat, non insendo, vel nolo ordinare excommunicatos, irregulares, &c. intelligitur si aliquem talem esse cognoscat, non verò si sit ignotus, vel occultus: latè Ioan. de Lugo de Sacram. disp. 8. sect. 7. n. 119. Diana resol. moral. p. 5. tr. 1. resol. 66.

### De qualitatibus Ordinandorum.

Ex his, quæ supra diximus, colligere licet, quod non omnes personæ ad Ordines sunt promovendæ, & plerique diversis de causis ordinari non possunt, de quibus omnibus est in præsenti loco tractandum.

Primum igitur, & præcipuum, quod in ordinandis personis requiritur, & est de essentia Sacra menti, est sexus virilis, ac, proinde mares tantummodo sunt promovendi, fœminæ verò minimè omnino, & si de facto mulieri Ordo aliquis confertetur, non recipiet characterem, impedito sexu, c. 1. circa princ. 15. 9. 3. cap. uxoratus, in fine, de convers. conjug. gloss. fin. in c. Diaconissam 27. q. 1. S. Thom. in 4. dist. 25. quest. 2. art. 1. & 2. Suar. de censur dist. 51. sect. 2. in princ. Bellet. disquisit. cleric. p. . tit. de disciplina clericali §. 8. n. 5. Thom. Valasc. tom. 1. allegat. 45. n. 22. & Sanch. in opusculis moral. l. b. 7. cap. 1. dub. 30. Marchin. d. tract. 1. p. 4. cap. 1. ex eo, quia susceptio Ordinum ta-

citè conjungit clericum Ecclesiæ tanquam sponsos, cap. seriatim, in fine, ibi, ut fiat de carnal. 32. dist. c. 2. juncta gloss. fin. de pœnit. Abb. in cap. inter corporalia, num. 31. & ibi Butr. in 2. notab. col. 2. de translat. Præl. quod mysticum cadere non potest in fœmina: tum quia clerici nemini debent subjici, c. 1. § 4. dist. mulieres autem sunt subditæ vitis. Genes. 3. D. Paul. ad Timothe. 2. cap. manifestum, cap. est ordo, cap. hac imago, & ibi Archid. n. 5. cum aliis pluribus, 33. q. 5. + Vnde Clavium potestatem fœminis minimè competere probat Innoc. III. in cap. in nova, de pœnit. & remiss. ubi reprobans consuetudinem, secundum quam Abbatissa audebat benedicere Moniales, Confessiones audire, & publicè prædicare, subjungit rationem, quia licet Beatissima Virgo Maria dignior fuerit Apostolis universis, non tamen illi, sed istis Dominus Claves Regni Cœlorum commisit, docent S. Thom. in addit. ad 5. p. q. 39. art. 1. Victor. relect. 2. de potest. Eccles. q. 2. n. 3. Sot. in 4. dist. 25. quest. 1. art. 2. concl. 1. Angles in florib. Theolog. q. de Clavibus, art. 1. diffic. 5. & alii, quos refert Henr. in sum. lib. 1. c. 21. §. 2. litt. N. & lib. 6. c. 2. §. 3. & lib. 10. cap. 16. §. 1. lit. A. Suar. tom. 1. disp. 2. sect. 2. n. 5. hinc notantes + fœminas ipso jure divino incapaces esse eorum, quæ sunt Ordinatis, & per consequens irregulares non esse ratione sexus, vel etiam ob quamecumque causam supervenientem, quæ esset sufficiens in viris ad irregularitatem contrahendam; est enim irregularitas impedimentum Canonicum, id est legis Canonicæ, & dicuntur irregulares, quia excipiuntur à regula, secundum quam omnes, qui capaces erant, attenta lege divina poterant promoveri: at verò sexus fœmineus ipsa lege divina impeditur, & incapax est suscipiendi Ordines, & per consequens in eum irregularitas non cadit, ut advertit Sot. ubi proximè, art. 2. in princ. & multis adductis latè Henr. lib. 14. cap. 2. in princ. eleganter Suar. d. tom. 5. disp. 40. sect. 7. multiplici ratione confirmat Vivald. in candel. aereo, part. 3. cap. 3. à princ. + Quod autem de Presbytera, & Diaconissa, ac de sacris fœminis dicitur in c. Presbyterorum, 23. dist. & in cap. Diaconissam, 27. quest. 1. & in cap. fairatas, 23. dist. est intelligendum, non quod Ordine in, vel characterem sacramentalem suscipiant, sed propter officium quod gerebant, legendi v.g. homilia, vel Evangelia in choro, ad quod destinabantur certis quibusdam benedictionibus, non autem quod fuerint speciali ritu consecratæ, quemadmodum in Presbyteris, & Diaconis observatur; nam propter officium Presbyteræ dicebantur, quia seniores, & aliis præfectoræ, notant ex S. Thom. Sot. ubi supra, Castr. & plures alii, quos refert Henr. d. § 2. lit. P. & seq. Verum non ineleganter intelligebat Uvaldens. de Sacram. tit. 7. c. 5. 8. n. 7. quod Diaconissæ in dict. c. Diaconissam, dicantur uxores viduæ Diaconorum, quemadmodum cotistat Presbyteras dici uxores Presbyterorum, ut aperte probat text. in c. ult. 32. dist.

Hermaphroditus verò, id est qui habet utrumque sexum, ordinari nequaquam potest, nisi in eo prævaleat sexus virilis, non autem si fœmineus prævaleret, aut esset parilitas, gloss. verb. testimonium, in c. testis, § hermaphroditus, ubi Card. Præp. & Turcecr. 4. quest. 3. Sylvest. verb. hermaphroditus, Sot. in 4. dist. 25. q. 1. art. 3. Bellet. d. tit. de disciplina cleric. §. 8. à princ. Sanch. d. lib. 7. c. 1. dub. 31. Marchin. d. tr. 1. p. 4. c. 2. De Eunuchis verò paulò infra videbimus.

Non autem omnes masculini sexus sunt indifferenter ad Ordines promovendi, quoniam in ordinandis qualitates quæ iam requiriuntur, & virtus, seu maculæ quædam, deesse debent eisdem, ut rite valent secundum statuta Canonum ordinari, de quibus omnibus summarie habetur in c. maritum, 33. dist. &

## 222 De officio, & potestate Episcopi.

- in c. præcipimus, 34. dist. & in c. non confidat, 50. dist. & de etate, & qualit. per tot.
- 29 Et in primis, ut à qualitatibus requisitis sumamus exordium, sciendum est certam in ordinandis personis ætatem requiri, ut sacri Canones statuerunt, & nos sigillatim de ordinibus minoribus agentes diximus alleg. 11. à princip. & de Ordinibus majoribus alleg. 16.
- 30 Secundò sciendum, non solam sufficere ætatem in iis, qui sunt ordinandi, nisi aliæ ad sint qualitates, cap. quicumque, ibi, sicut tamen per hoc tempora, 77. dist. Conc. Trid. sess. 23. de reform. c. 12. quarum præcipua litterarum scientia exigitur; illiterati enim prohibentur ad Ordines promoveri, prout diximus alleg. 46. à num. 5. Hæc sunt quæ præcipue in ordinandis requiruntur in sexu virili, scilicet ætas, c. fin. cum gloss. de tempor. ordin. lib. 6. & litterarum scientia, cap. illiteratos, 36. dist.
- 31 Aliæ autem sunt qualitates, & requisita quoad vitam & mores, quæ arbitrio, & inquisitioni Episcopi relinquuntur, qui in scrutinio, seu examine faciendo de hujusmodi inquirere debet, ut videlicet sint continentes, sobrii, prudentes, modesti, pudici, hospitalares, misericordes, ac liberales, pacifici, domini suæ bene præpositi, & virtutibus ornati, ut suprà innuimus. Vitia vero, vel maculae, aut impedimenta, quibus carere debent qui sunt ad Ordines promovendi, sunt plura, quæ irregularitatem inducunt; hoc tamen in loco ea, quæ præcipue laicos ab omni Ordine suscipiendo repellunt, breviter referemus.
- 32 Primò ergo ordinandus non sit homicida, qui videlicet homicidium per se, vel per alium, etiam consilio tantum, vel auxilio, aut quovis modo voluntariè, præterquam ad sui defensionem commiserit, de quo diximus latè alleg. 39. num. 60. & alleg. 51. n. 4. novissimè Torreblanca in præt. Iuris spirit. lib. 2. cap. 13. n. 38. ubi num. 39. idem de judice dicit sententiam sanguinis proferente, quæ suum sortita est eff. etum, de advocate, procuratore, scriba, lictore, vel teste, & de Medico, cuius negligentia, vel imperitia ejus infirmus mortuus est, quamvis in arte fuisse peritus. Idem quoque censetur de mutilatione membrorum principali, aut debilitatione notabili, quia hæc quantum ad irregularitatem homicidio comparatur, secundùm gloss. in Clem. unica, de homicidio.
- 33 Secundò Infideles, & hæretici ab Ordinibus repelluntur, cap. Arrianos 1. qnæst. 1. Peña in direct. Inquisit. part. 3. commento 163. vers. ob has rationes, Bellet. d. tit. de disciplina clericali, §. 10. n. 28. Efficiuntur enim † irregulares illa irregularitate, quæ provenit ex defectu animæ, & est secundùm se annexa hæresi. Ita Navarr. in man. cap. 27. num. 205. vers. 3. Valent. tom. 4. disp. 19. punct. 3. in 3. specie irregularitatis. Sanchez in præcepta Decalogi, tom. 1. lib. 2. cap. 15. num. 2. quos refert, & sequitur Ricciul. de jure personarum extra gremium Ecclesia exist. lib. 5. cap. 17. num. 2. Vgolin. de irregul. cap. 36. n. 6. Suar. tom. 5. de censur. disp. 43. sect. 1. num. 4. Azor. instit. moral. part. 1. lib. 8. cap. 11. qnæst. 13. Farin. de hæresi q. 192. num. 78. Diana moral. resol. tom. 1. tract. 15. resol. 24. Sanch. in opere moral. lib. 2. c. 25. n. 2. Contra Perez l. 3. tit. 4. lib. 8. ordin. fol. 98. ad finem. Henr. in sum. lib. 14. de irreg. c. 4. §. 6. & c. 5. §. 2. Sayr. de censur. lib. 7. c. 12. n. 16. & Avil. in similitract. p. 7. disp. 14. dub. 2. Garc. de benef. p. 11. c. 10. n. 85. existimantes hanc irregularitatem non esse annexam hæresi, sed provenire ex notorieta te delicti. Vnde fit, hæreticum etiam occultum esse irregularē, ut docent Sanch. d. c. 25. n. 2. & Ricciul. d. c. 17. num. 6. dummodo non sit merè mentalis, sed processerit ad actum visibilem, sive cognoscibilem, ut recte obseruant Azor. instit. moral. p. 1. lib. 8. c. 11. quæs. 11. & c. 21. quæs. 8. Suar. tom. 5. disput. 43. sect. 1. n. 4. Sanch. d. c. 25. sub num. 2. ad finem. Quod quidem impedimentum extenditur ad illos, qui de hæresi formaliter sunt suspecti ante abjurationem, & purgationem; non tamen comprehendit abjurantes de levi, vel de vehementi, quia isti non habentur pro hæreticis formalibus. Ita contra Azor, resolvunt Farin. de hæresi q. 192. n. 80. Vinc. Filliuc. tom. 1. tr. 20. cap. 9. n. 23. 5. Ant. Diana moral. resol. tom. 1. tract. 15. miscel. res. 24. in fine, Sanch. in opere moral. lib. 2. c. 25. num. 12.
- Utrum autem hujusmodi irregularitas duret post quam per pœnitentiam hæretici revertuntur? Vide Sanch. d. c. 25. n. 2. latè Ricciul. d. lib. 5. c. 18. per totum. † Hereticorum item fautores, credentes, & defensores clericatu habentur indigni, d. c. statutum 2. de hæret. lib. 6. † Neque Hereticorum corundemque fautorum, & defensorum filii possunt fieri clericus que ad secundam generationem lineæ paternæ, etiam si crimina parentum non fuerint imitati, c. quicumque, §. hæretici, & d. c. statutum 2. & ibi gloss. verb. inane, de hæret. in 6. Peñi d. commento 163. vers. rursus textus. Quando autem mater est hæretica, vel faatrix hæticorum, excluduntur tantum filii à clericatu, non autem nepotes, gloss. verb. mane, in d. c. statutum. Peña divers. rursus textus, Bellet. d. tit. n. 27. & 28. Suar. de censur. d. disp. 43. sect. 3. n. 1. Cosm. Philarch. de off. Sacerd. p. 1. lib. 4. c. 9. Avila de censur. p. 7. disp. 4. dub. 3. Sanch. d. lib. 2. c. 28. q. 2. n. 1. † Neophyti vero, id est qui novi ad Christianam fidem venerunt, quamvis non facilè sint ordinandi, non tamen à clericatu simpliciter repelluntur, intelligendo juxta ea quæ diximus suprà hac alleg. n. 7.
- Tertiò. Excommunicati, suspensi, vel interdicti ab Ordinibus sunt repellendi, 81. dist. per tot. & si de facto ordinentur, licet characterem recipient, ut dixi alleg. 2. n. 7. suspensi sunt eo ipso ab Ordinum executione, præsertim excommunicati; immò si tales sint sacerdcales, & scienter id egerint, sunt deponendi, c. cum illorum, de sent. excomm. Cardos. in præxi judicium, verb. Sacramentum Ordinis, n. 21. Torreblanca d. lib. 2. c. 13. n. 44.
- Quarto. Infames infamia Iuris, quorum status, sicut vita, & moribus est reprobatus, aut qui de criminis fuerint accusati, omnino ordinari non debent, cap. omnipotens Deus, de accusat. c. fin. de testib. c. san. tis Daniel, 81. dist. & idem dicitur de infamia facti, id est hominum, quæ ex mortali tantum crimen provenit: specialiter autem illi exprimuntur, qui in scena luserunt, vel qui uxores meretrices, aut adulteras, seu infames habuerunt, c. maritum, 33. dist. Cardos. in præxi judicium, verb. sacram. Ordinis, num. 20. de his vide alleg. 43.
- Quinto. Quilibet criminosus, & qui notoriè permanet in peccato mortali, cap. ex tnarum, &c. ad au res, de tempor. ordinat. Cardos. ubi suprà, num. 20. Torreblanca ditt. lib. 2. cap. 13. num. 42. & 43. Sed si peccatum est occultum, non debet talis ab Ordinibus repelli, si publicè petierit ordinari, ne crimen occultum publicum fiat; monendus autem erit ne ad ordinationem accedat, sed pœnitentiam agat, nisi sit homicidium voluntarium; quia quantumvis sic occultum, talis non debet ullatenus ordinari, c. fin. de tempor. ordinat. Cardos. citato loco. Specialiter autem qui crimen usuræ commiserint, d. cap. maritum, aut simoniaci præsertim in petendo Ordine fuerint, aut in beneficio acquirendo, prohibentur ad Ordines promoveri, cap. sanctum 7. q. 1. & qui publicè concubinarii, vel fornicarii extiterint, c. præter hoc, dist. 22. cap. fin. de cohabit. cleric. quæ Iura videtur innovare Conc. Trid. sess. 25. de reform. c. 14. & latè multis relatis Marchin. de sacr. Ordinis, tr. 1. p. 8. c. 3. per tot. Vel obsecce

obscenissimo sodomiæ criminis coinquinati, de quo  
infra alleg. 44.

**Sexto.** Solemniter pœnitentes, id est, qui publicam & solemnem pœnitentiam pro gravi & publico delicto egerunt, ordinari prohibentur, cap. ex pœnitentibus, c. illud, c. maritum, cum similibus, 3. dist. Majol. de irreg. lib. 3. c. 2. sub num. 4. Sebas. Medices in sum. part. 2. tit. 9. quest. 31. vers. 2. Sayr. de censur. lib. 7. cap. 11. num. 19. & 20. Cardos. dist. verb. sacramentum Ordinis, num. 20. Bonac. de censur. extra Bull. disp. 3. quest. 2. puncto 6. num. 4. propter Ordinis dignitatem, cum tales infamiae nota laborent, ut diximus alleg. 43. num. 4. tum quia reputantur faciles ad crimina perpetranda, nec sine populi offensione in tali ministerio deserviunt, nec alios redarguere possunt, cap. fin. 25. distinctione, c. de his verò, 50. distinct. Intellige etiam pœnitentia peracta, juxta ea quæ adduximus d. alleg. 41. n. 7. Et ideo scienter ordinans peragente soleminem pœnitentiam, incurrit suspensionem per annum à celebratione, prout adnotavimus alleg. 111. n. 15.

**Septimo.** Bigami, seu digami, id est, qui plures habuerunt uxores, sive diversis temporibus, sive eodem tempore, non poterunt ordinari, cap. Acutius, 16. distinct. cap. 1. & 2. 23. dist. c. curandum, cum seqq. 34. dist. & per totum, de bigamis non ord. novissimè Marcel. Vulpe in praxi judic. fori Eccles. c. 45. à n. 1. & Trasmiera de Polygamia, quest. 2. num. 3. Torreblanca d. lib. 2. cap. 13. num. 56. cum seqq. quod & de bigamia etiam ex parte uxoris intelligitur, quæ videlicet alium virum habuerit, d. cap. curandum, cap. si quis viduam, 50. distinct. cap. tam litteris, de test. Quid si tales de facto ordinentur, nomen quidem cum charactere habebunt, officium verò minimè, ut dicit Agathense Concilium, nec gaudent privilegio clericali, cap. 1. de bigamis, lib. 6. nec deferre possunt tonsuram, & habitum clericalem, nisi dispensationem à Sede Apost. obtineant. Hec autem constituta fuerunt propter continentiae, & honestatis legem ministris Altaris impositam, cap. lex continentiae, 31. dist. cum similibus, vide quæ latè diximus infra alleg. 49. Unde circa hoc sunt quædam notanda. Primo, quod inter bigamos reputatur quoad Ordines non recipiendos, qui virginicatem professam fuerit prævaricatus, cap. quotquot, 17. quest. 1. expresse enim prohibetur Monachus ordinari, qui uxorem post factam continentiae professionem ducere ausus fuerit, cap. monacho, ead. causa & quest. novissimè Trasmiera de Polygamia quest. 3. num. 8. lib. 1. Ita & clericus, qui in Sacris constitutus uxorem duxerit, quamvis revera bigamus non dicatur, pro bigamo tamen ad recipiendos maiores Ordines reputatur, cap. nuper, de bigamis, Campan. divers. Iuris Canon. rub. 11. c. 6. n. 12. Flamin. de resignat. lib. 5. q. 3. n. 190. Trasmiera d. part. 3. num. 6. Secundò, quod qui plures habuit concubinas, esse bigamus non censemur, nec tanquam bigamus ab Ordinibus repelletur, cap. quo circa, de bigamis; qui enim vinculo matrimonii iterum alligatur, in carnis commixtione vitam ducere velle tacitè protestatur, arg. cap. nuper, eod. tit. quod in concubinario solo non præsumitur, quamvis nec talis facilè sit ordinandus. Unde tertio est notandum, quod is, qui post mortem uxoris fuerit fornicatus, non est facilè ordinandus, c. si quis de laicis, 34. dist. qui verò longam continentiam post mortem uxoris, aut post incontinentiae vitia servasse probatur, Poterit arbitrio Episcopi ordinari, arg. cap. priusquam 18. dist. & cap. fraternitatis, 34. dist. Quartò, quod qui uxorem habuerit meretricem, aut ancillam, aut spectaculis publicis mancipatam, aut etiam simpli citate viduam, non est ordinandus, cap. maritum 33. dist. cap. si quis viduam 1. & 2. & ferè per tot. 34. dist.

Sic nec ille, cuius uxor commiserit adulterium cap. si quis uxorem, cum seq. 34. dist. Quartò quod clericus in minoribus Ordinibus constitutus, qui incontinenter vixit, poterit arbitrio Episcopi (ut continentiae vinculo alligetur) ad sacros Ordines promoveri, præsertim si ejus ætatis sit, quæ futura incontinentiae auferat suspicionem, cap. fraternitatis, 34. dist.

**Ottavo.** Conjugati non sunt ad Ordines promovendi, per tot. 31. 32. 33. & 34. dist. cap. conjugatus, de convers. conjug. cap. fin. de tempor. ordin. lib. 9. Doctores in cap. quod à te, de clericis conjug. Ministris enim Altaris, quibus quotidiana necessitas orandi & sacrificandi incumbit, nunquam conjugali officio vacare permititur, cap. si laicus, cap. ante, in fine, c. Sacerdotibus, c. nam sicut, & per tot. 32. distinct. cum citatis à Bellet. à tit. de disciplina clericali, §. 9. à princ. nisi Religionem intraverint de consensu conjugis, aut de ejus consensu clerici velint in sæculo fieri, c. conjugatus, de convers. conjug. cap. 2. de clericis conjug. c. assumimus, 28. dist. c. fin. de tempor. ordin. in 6 Bellet. d. §. 9. à n. 18. Nam si uxor est senex, non suspicatur de incontinentia, sufficit votum continentiae ipsius in sæculo; si verò sit juvenis, desiderabitur ingressus ipsius in Religionem, ut colligitur ex text. in c. uxoratus, & in cap. ad Apostolicam, de convers. conjug. & juxta hæc intelligendus est text. in d. c. conjugatus, dum solius voti castitatis uxoris meminit ad viri promotionem, ut scilicet procedat quando uxor est senex, nec de incontinentia suspecta: ita docent Nav. in man. c. 22. num. 32. Cov. de sponsalib. part. 2. c. 2. §. 3. num. 3. Azor. instit. moral. p. 1. lib. 13. cap. 13. q. 7. Cald. Pereira de empt. c. 50. n. 15. Gutier. de matrim. c. 96. in princ. Sanch. in similè tract. lib. 7. disp. 39. num. 6. ubi num. 8. resolvit Sacris initiatum ex legitima uxoris licentia manentis in sæculo cum votu castitatis, posse simul habitare cum ea, si suspecti minimè sint, secus si suspecti sint, tunc enim nullatenus sunt permittendi simul habitare. Hoc autem locum habet præcipue in his, qui volunt ad sacros, & maiores Ordines promoveri, qui continentiam profiteri tenentur, ut infra ostendimus alleg. 15. Sed neque minores Ordines, neque clericalis Tonsura est conferenda alicui conjugato, dist. cap. fin. de tempor. ordinat. quamvis in his Ordinibus constituti possint contrahere matrimonium, cap. si quis earum, cap. lectores, cap. seriatim, 32. distinct. cap. à multis, de astate & qual. Bellet. d. §. 9. n. 5. Si verò conjugatus de facto ordinatus in Sacris, & non servata forma supra positata, erit perpetuè ab Ordinum executione suspensus, Extrav. antiqua, de voto, Ioan. XXII. etiam matrimonio soluto, & fit inhabilis ad maiores Ordines suscipiendos, & ad quodcumque beneficium, aut officium Ecclesiasticum consequendum; sed in minoribus Ordinibus, aut in clericali Tonsura, durante conjugio ordinatus est tantum ab Ordinis executione suspensus, d. c. fin. de temp. ordin. lib. 6. & ordinatus illius est ipso jure ab ejus Ordinis collatione suspensus, ut diximus alleg. i. 1. n. 10.

**Nonò.** Servi, vel mancipia ordinati non possunt, nisi plenè libertati fuerint restituti, toto tit. de servis non ordin. & 54. distinct. per tot. Bernard. & Salzed. in pract. c. 19. in noviss. edit. Bellet. d. tit. de disciplina clericali, §. 14. à princip. Bonac. de censur. disp. 7. q. 2. puncto 4. n. 2. Campan. in diversorio Iuris Canon. rub. 11. c. 8. à princ. Cardos. in praxi Iudicum, verb. sacramentum Ordinis, n. 45. latè Marchin. d. tract. 1. p. 10. cap. 3. Debet enim esse immunis ab aliis, qui divisione militiae est aggregandus, ut à castris Dominicis, quibus adscribitur, nomen ejus nullius necessitatis vinculis abstrahatur, ut inquit Leo Papa in cap. 1. §. 4. distinct. Si autem de facto servus aliquis ordinatus

tur, quid juris sit, sub hac distinctione est sciendum; si ordinans sciebat illum esse servum, & eum ordinavit domino sciente, nec contradicente ad quoscumque Ordines, statim fit liber, cap. si servus sciente § 4. distinct. Azor. instit. moral p. 1. lib. 1. c. 4 § si passus, vers. item si servus: si verò domino id ignorantiae, vel contradicente, sciente verò ordinationes, vel præsentatore, similiter fit liber, sed ille tenetur duos servos æquè bonos ejus domino tradere, cap. si servus absente, ead. dist. ipsis verò ignorantibus, sed sciente, & contradicente domino, vel ignorantiae, tunc distinguuntur de Ordinibus, scilicet quod si ad minores tantum Ordines est promotus, redigitur in pristinam servitutem, domino volente, & deponetur c. ex antiquis, cum seqq. distinct. § 4. c. 1. ubi gloss. de servis non ord. Gain. de Sacramentis præstandis ultimo supplicio damnatis, q. 5. n. 9. Sed si ad Subdiaconatum, vel etiam Diaconatum fuerit ordinatus, ipse dabit domino suo pro se vicarium, cap. miramur de servis non ordin. vel pretium, si potest, alioquin ipse quoque domino volente deponetur, & servituti restituetur, secus si ad Presbyteratum ascenderit, in eodem namque Ordine permanebit peculii sui amissione mulctatus, eo quod sciens se servum passus est ordinari, d. c. ex antiquis: quod si peculium non habebit, serviet domino in divinis tantum officiis, cap. frequenter, § 4. distinctione, c. nullus, de servis non ordin. Henr. in sum. lib. 1. 4. cap. 8. § 7. in princip. Verùm si dominus ejus post annum ab illius promotione tacuerit, eum de cætero repetere non valebit, sed is liber erit, d. cap. si servus sciente. Hec autem de illis servis intelliguntur, qui ex utroque parente servo sunt nati: cæterùm natus ex patre servo, matre vero libera, liber est, & licet poterit ordinari, cap. fin. ubi gloss. & Doct. de servis non ordin. Paleoth. de notis & spuriis cap. 1. 5. n. 4. Læl. de Zanchis de privil. Eccles. privileg. 3. 4. n. 24. quos refert, & sequitur Campan. d. cap. 8. num. 10. vers. ut tamen. Hæc eadem, quæ de servis sunt dicta, de originariis quoque, adscriptiis, & colonis, qui terræ colendæ perpetuè sunt adscripti, intelligenda videntur, secundum Rom. & Angel. in sum. verb. servitus, propter eandem rationem, quæ & in ipsis videtur existere, de qua in d. c. 1. § 4. dist. Sed & liberti sine patronorum consensu ordinari non debent, quamvis non tanta in eis, sicut in servis esse videatur circa hoc observatio, cap. fin. 44 dist.

46 Decimo. Curiales, id est qui propter aliquod officium curiæ sunt addicti, non sunt ordinandi, cap. 1. c. 2. & per tot. 5. 1. distinct. c. unic. 5. 3. dist. c. si quis 77. dist. c. infames 6. q. 1. Bellet d. tit. de disciplina cleric. §. 11. n. 6. ubi hoc intelligendum esse existimat de his Curialibus, qui exercuerunt saeva, vel turpia, sive vilia, ut sunt nuntii, liætatores, & id genus similes, seu qui fuerunt officiales in causa sanguinis, &c. Vnde nec poterant tales ad armatam militiam assumi, leg. omnes, C. qui militare possunt, lib. 1. 2. Qui ergo oblati sunt Curiae alicuius publicæ potestatis, sive sunt milites, sive Advocati, aut Iudices, vel aliud officium gerentes, sive honestum, sive dishonestum, vel indecens, præsertim verò in causa sanguinis, non sunt ad Ordines promovendi, quandiu in hujusmodi perdurant officiis, aut sunt in his Curiae obligati, nec à Curia absolvuntur, cap. Osiris, 6. 1. dist. qui nec eo causa poterunt ordinari, si inde irregularitatem aliquam, vel infamiam traxerint, nisi cum eis fuerit dispensatum, ut infra videbimus, sed & adeò debent à Curia esse soluti, ut repeti omnino non possint, cap. 2. & 3. 5. 1. dist.

47 Undecimo. Obligati ad reddendas rationes alicuius administrationis publicæ per ipsos gestæ non possunt fieri clerici, nisi prius deposito onere, & ratio-

ne reddita, c. non fidat, 50. distinct. c. legem, 53. distinct. c. magnus, 54. dist. c. 1. ubi Doct. de obligatis ad ratioc. docent Bernard. & Salzed. in præc. cap. 20. Navar. conf. i. alias 4. num. 7. de Regular. Henr. lib. 1. 4. c. 5. §. 5. Escobat de ratiocin. c. 4. num. 1. cum seqq. Valer. Reginald. in præxi fori pœnit. lib. 30. num. 6. 5. cum seqq. Cur. Philipp. p. 2. lib. 2. cap. 9. num. 7. cum seqq. Bellet. tit. de disciplina cleric. §. 11. à princip. Campan. in divisorio Iuris Canon. rub. 11. c. 9. num. 2. & 3. Bonac. de censur. disp. 7. quæst. 2. puncto 5. num. 2. vers. quartu. Amplia ut ratiociniis implicati propter administrationem rerum etiam singulatum personarum, non solum promoveri nequeant dum gerunt, exerceant que officium, sed etiam expleta administratione, & officio, si de dolo in administratione, vel redditione computorum perpetrato lis aliqua mota esset, vel in procinctu esset ut moveretur; tunc enim ante litis exitum proinoveri non possunt, immo si de facto promoverentur, digni essent depositione, etiam si postea in causa vincerent. Gl. verb. obrepit. in c. tam. Daniel, & ibi Archid. 8. 1. dist. Majol. de irreg. lib. 2. c. 11. num. 4. vers. in privatis. Salzed. d. c. 10. num. 1. Campan. d. c. 9. num. 3. & cum hujusmodi obligatis, qui scilicet administrationis suscepit rationem non præstiterint, ut ad sacros Ordines promoveantur, vel in Religionem suscipiantur, non dispensat Episcopus, l. 4. tit. 5. part. 1. Muños de Escobar deratiocin. c. 4. num. 4. Franc. Leo in thesau. fori Eccles. p. 2. c. 8. num. 3. 8. Alzedo de precellent. Episcop. dignit. p. 1. cap. 6. num. 6. 5. Limita primò in eo, qui gravatus est debito sine aliqua administratione contracto, veluti ex mutuo, locatione, vel emptione, aut similibus aliis contractibus; nam obligatione, vel lite pendente, ab Ordinibus sacris minimè arcetur, ut per Abb. in d. c. 1. quæst. antepen. Salzed. d. cap. 10. num. 4. vers. inter, nisi maximo ære alieno gravatus in bonis non habeat, ut debitibus satisfaciat. Campan. d. cap. 9. num. 9. Secundò limita in eo, qui rerum Ecclesiasticarum, aut miserabilium personarum, vel cuiuslibet alterius pœiæ causæ, vel privatæ administrator fuerit, quia administratione pendente Ordinibus initiati non prohibetur, cap. ult. 8. 6. distinct. c. judicatum, 8. 9. distinct. Salzed. d. c. 20. num. 5. vers. idem, Bellet. d. §. 11. num. 5. Campan. d. c. 9. vers. prædicta autem prohibitio. Tertiò limita in eo, qui publicis ratiociniis ad strictus fidejussiones præstiterit, ut per Abb. num. 10. in d. c. 10. de oblig. ad ratioc. Majol. d. cap. 11. num. 14. subdens hoc procedere si fidejussiones constituant se principalem, itaut possit ante principalem debitorem conveniri, Campan. d. cap. 9. num. 11. ubi num. 13. resolvit hæredem obligatum ad reddendas rationes detineri Ordinibus insigniri. Quartò limita in eo, qui in aliquo, licet minori constitutus ordine, alicuius etiam liberalis personæ tutor, curator, aut generalis quomodolibet fuerit administrator, tametsi nondum cœptum sit de administratione ratiocinari, ad altiores enim Ordinum gradus ascendere poterit, ut per Joan. Fabr. in l. quisquis, num. 8. C. de Episcopis & Clericis, Campanil. d. cap. 9. num. 11.

Duodecimo corpore vitiati, vel imminuti ordinari non debent, cap. illiteratos, 3. 6. dist. Doctores citati alleg. 4. 2. num. 11. quibus addo Cardos. in præxi judicium, verb. Sacramentum Ordinis, num. 1. 2. novissimè Torreblanca d. lib. 2. c. 13. num. 4. 7. cum seqq. hi autem sunt, qui membro aliquo carent, vel debiles parte aliqua corporis sunt, vel infirmi, ut toto tit. de corpore vit. c. maritum, 3. 3. dist. veluti si quis digito careat, vel manum habeat aridam, aut si claudus, vel adeo debilis sit, aut deformis, ut vel ministre non possit, vel non nisi cum scandalo, aut horatore, ob turpitudinem, vel deformitatem id possit effice re:

efficere : sic namque & in lege veteri Levit. 21. præcepit Deus ne homo, qui haberet maculam, offerret pantes Deo, aut accederet ad ministerium ejus, si cæcns fuisset, si claudus, si vel parvo, vel grandi, vel torto naso, si fracto pede, vel manu, si gibbus, si lippus, si albuginem habens in oculo, si jugem scabiem, si impetigine in corpore (id est morbū quam malum corpus dehonestantem, ut scabros) si su henniosus, id est cuius intestina labuntur, vel decussum confluant, quæ omnia, & similia moraliter explicat S. Gregor. in Pastorali, & habetur in c. hinc etenim. 49. dist. & infra sigillatim percurtemus d. alleg. 42. & sunt ab Episcopo in ordinandis animadvertenda, et si non omnia de jure Canonico impedian Ordines. Ibi vero præsertim non sunt ordinandi, qui se sponte in quacunque parte corporis quavis de causa vitiarent, et si non essent propriè deformati, aut debiles effecti, ut in Canonibus Apostolorum h. betur expressum, & refertur in c. si quis abscessi ne. 53. dist. & in c. qui partem, & d. c. maritum. 33. dist. quod tamen de vitio notabili est accipendum. Eunuchi vero, sive castrati, aut spadones non prohibentur ordinari, si non sponte, sed casu, vel ab alio inviti castrati facti, c. eunuchus, & ibi Gloss. in verb. In persecutione, 54. dist. quæ dicit non requiri, ut carnem illam, vel pulverem servent, Bellet. dist. tit. de disciplina clericali, §. 7. n. 16. cum seqq. quod si corpore vitiatus de facto fuit ordinatus, erit (si magnum fuerit vitium) deponendus. c. pœnitentes, 55. dist. Romanus tamen Pontif. secundum gloss. notabilem verb. Corpore vitiati in princip. 55. dist. dispensat in casibus, quibus non omnino aliquis esset utilis ad ministrandum, etiam si seipsum abscidisset, & nisi maxima esset deformitas, ex causa tamen necessitatis, aut utilitatis Ecclesiæ, vel meritorum personæ. In levibus vero maculis poterit Episcopus dispensare, cap. 1. & 2. de corpore vit. & resolvimus d. alleg. 42. n. 5. cum seqq.

Decimo tertio arrepticii sive à dæmone obsessi prohibentur ad Ordines promoveri, c. maritum, c. communier, c. clericis. 43. dist. plures Doctores, quos citavimus inf. à alleg. 62. n. 51. cum seqq.

Decimo quartò illegitimi non possunt fieri clerici, sed ad clericatum promovendi debent esse ex legitimo conjugio, legitimisque natalibus orti, c. Presbyterorum, & c. seq. 56. dist. c. cum in cunctis, de elect. c. per venerabilem, in fine, qui filii sint leg. c. 1. & ibi Abb. n. 1 de filiis Presbyt. Concil. Trident. sess. 23. de reform. c. 5. Bellet. d. tit. de disciplina clericali, §. 3. à princip. Cardos. d. verb. Sacram. Ordinis, n. 1. Marchin. d. tract. 1. p. 10 c. 1. cum seqq. Torreblanca d. lib. 2. c. 13. n. 42. Et an, & quando cum illis ad Ordines, & beneficia possit Episcopus dispensare, egimus alleg. 45.

Decimo quintò Ordinandus non est, qui beneficium Ecclesiasticum non obtinet, vel aliud unde commodè vivere, ac sustentari possit, ne clerici mendicare, aut aliud vile opus exercere cogantur, c. 2. & c. Episcopus de probend. Concil. Trid. sess. 21. de reformat. c. 2. sub quo autem beneficii, vel patrimonii titulo Episcopus ordinare possit latè egimus infra alleg. 19.

Decimo sexto. Peregrini, & ignoti ordinati non debent, nisi bonum habeant plurimum Episcoporum testimonium, per tot. 98. dist. & per totum tit. de clericis peregrin. n. c. statut eorum juramento, nisi literas testimoniales habeant, aut per alia argumenta probent non habere Canoni. unum impedimentum, c. inter quatuor de clericis peregrinis: sunt autem peregrini in hoc quidem proposito, qui non sunt subditi Episcopo à quo pertunt ordinari, c. cùm nullus de etate, & qualit. lib. 6. ignoti vero dicuntur, quorum origo, & vita, & regularitas Episcopi non est nota, cap. Episcopus, 14. dist. cap. quarendum 2. q. 7. Concil. Trident. sess. 6. de reform. c. 5.

Barbos. de Episcop. Pars II.

Hæc sunt quæ ab Ordinibus suscipiendis impedunt, & quæ præcipue sunt animadvertenda in admittendis personis ad Clerum: unde & in omnibus Ordinibus etiam prima Tonsura locum habet, alia vero sunt, quæ irregularitate illa continentur, quæ præcipue à ministerio susceptorum Ordinum repellit de quibus suo loco tractabimus, nec enim omnia hæc quæ supra exposuimus, à susceptorum ministerio expellunt, ut infra dicemus.

Omnium igitur impedimentorum, quæ hactenus videmus, aliqua sunt perpetua, cetera vero tempora. Perpetuum impedimentum habent bigami, solemniter pœnitentes, & infames, Neophyti, corpore vitiati, illegitimi, & hermaphroditi. Hæc perpetua appellamus, quia semper durant, nisi per dispensationem, aut per Religionis ingressum tollantur, ut ex dictis per decussum hujus tractatus apparebit. Cetera impedimenta temporalia dicuntur, quia quandoque etiam sine dispensatione tolluntur, vel in eis facilis dispensatur. Unde notandum est prædicta impedimenta in omnibus Ordinibus locum habere, uno excepto, quod in sacris tantum Ordinibus observatur & est defectus tituli, vel patrimonii, quamvis in aliis quoque ad minores Ordines facilis dispensetur, præterquam in ætate, & cum illiteratis, & conjugatis, & peregrinis, & servis domino non volente. Deinde advertendum duximus, nullum esse impedimentum irritans ipso jure ordinationem, id est, quod characterem impedit præter impedimentum sexus, ut supra exposuimus, modo in aliis servata sint substantialia Sacra menti, quæ supra innuimus alleg. 11. n. 9. in fine.

## ALLEGATIO XI.

Episcopus primam Tonsuram, & minores Ordines quando, quomodo & quibus conferre possit?

### S U M M A R I U M.

- 1 Prima Tonsura non confertur, nisi habenti etatem septem annorum.
- 2 Ostiarius, Lector, & Exorcista debent habere etatem annorum duodecim, Acolytus vero quatuordecimum attingere.
- 3 Primam Tonsuram recipiens ante septennium, non peccat mortaliter, si nondum pervenit ad usum rationis; Episcopas tamen sic, nullam vero suspensionem incurrit suscipiens Ordines minores ante prædictam etatem.
- 4 Sciens non presumitur quis, nisi probetur.
- 5 Prima Tonsura non danda, nisi ostendenti se legere, & scribere scire in lingua saltē vulgari, & minores Ordines conferuntur his, qui saltē lingam Latinam intelligunt;
- 6 Confirmationis Sacramentum suscipere prius debet qui ordinari vult.
- 7 Materia remota Sacramenti Ordinis est res illa, qua traditur illum suscipienti; traditio vero est materia prima.
- Clericus prima Tonsura que privilegia nascuntur.
- 8 Psalmista officium, forma, & materia que?
- 9 Ostiarius quis dicatur, & qua sit forma, materia, & officium hujus Ordinis ostenditur.
- 10 Lector quis dicatur, & qua sit ejus forma, materia, & officium, ostenditur.
- 11 Exorcista quis dicatur, & de ejus officio, forma, & materia.
- Exorcista munus exercandi exercere potest presentes

- sente aliquo in supremo Ordine constituto.
- 12 Acolytus quis dicatur, & de ejus forma, materia, & officio.
- Acolytatus Ordinis character quoniam actu imprimitur.
- 13 Contactus materia an sit de essentia.
- 14 Minores Ordines possunt absque Missa conferri.
- 15 Majores Ordines de necessitate precepti, non vero Sacramenti, sunt in Missa conferendi.
- 16 Ordinandorum intentio quomodo inquirenda, & si initiandus primam Tonsuram recipiat, eo tantum fine, ut gaudet exemptione fori, non peccat mortaliter.
- 17 Minores Ordines uno die omnes possunt conferri, laudabilius tamen erit, si fiat cum necessitate, vel alia urgenter causa bene visa Episcopo.
- 18 Interstitiat temporum inter unum, & alterum Ordinem minorem, quae debeant concurrere.
- 19 Minores Ordines, & prima Tonsura una die conferri possunt, ubi adest consuetudo.
- 20 Minores Ordines, & primam Tonsuram una die recipiens, ubi non adest consuetudo, nullam incureret irregularitatem.
- Ordines minores cum Subdiaconatu, an unica die conferantur, si consuetudo vigeat.
- 21 Tempus idoneum ad conferendum minores Ordines, quod sit.
- 22 Dies Dominicis, & festivi in quibus Episcopis minores Ordines conferre possunt, sunt omnes dies festivi de precepto.
- 23 Prima Tonsura in omni tempore potest conferri.
- 24 Minores Ordines possunt conferri in qualibet Ecclesia, tametsi non Cathedrali, & in domo Episcopali, vel alia non Episcopali de consuetudine.
- 25 Ordinis Sacramentum in loco interdicto, vel personis interdictis conferri non potest.
- 26 Populo generaliter interdicto, clericis etiam prima Tonsura, sicut & laici alterius populi in eodem, vel alio loco Ordines suscipere non prohibentur.
- 27 Sabbatho sancto ubi est locus interdictus, an Ordines conferri possint.
- 28 Ordinandi ministros si immineat necessitas, nec existat locus in quo possint Ordines conferri, nisi in loco interdicto, an in eo licite conferantur, ostenditur.

**P**RIMA Tonsura, quæ ex minoribus primus Ordo est, non confertur, nisi habenti ætatem septem annorum completorum, cap. nullus, de tempor. ordin. in 6.l. 27. tit. 6. p. 1. novissimè Balzaf. de Angel. auth. de Presbyt. C. de Episc. & cleric. tom. 4. pag. 51. Thom. Valasc. tom. 1. alleg. 7. num. 5. & alleg. 9. n. 1. Laurent. de Franchis in controvers. inter Episcop. & Regul. pag. 79. in resp. ad 10. quæ etas etiam in aliis tribus primis minoribus videtur sufficiens, ut habetur in cap. in singulis, 77. dist. quem ibi sic intelligunt Glossa, & Doctores, &c. in hoc nihil reperisse immutatum dicit Moneta de distrib. quorid. p. 2. q. 19. n. 11. licet inveniatur in cap. nemo, 78. dist. Lectorem non minorem 18. annis esse assumendum, quod accipi potest non quidem de Ordine, sed de legendi officio, ad quod minores, quamvis ordinati, non sunt assumendi; nam in secundo Toletano Concil. relato in cap. de his, 28. dist. in minori etate statuitur posse ordinari Lectores. Ad Acolytatus vero Ordinem duodecimum annum completum requirit d.c. singulis. Vide Gloss. verb. Infanti, in c. cum nullus, de temporib. ordin. lib. 6. gloss. fin. in Clem. fin. de etate, & qualit. Sylvest. verb. Etas, n. 2. vers. tertio quantum ad Ordines. Bettachin. in tract. de Episcopo, lib. 2. p. 1. c. 31. n. 56. Gambar. in tract. de potest. leg. lib. 7. n. 432. Vivald. in candelab. aureo. sit. de Sacram. Ordinis. n. 27. Card. To-

in instruct. Sacerd. lib. 1. c. 25. n. 15. Henr. in sum. lib. 10. c. 19. q. 1. Ugolin. de potestate Episcopi, c. 26. q. 7. n. 1. Rebuff. consil. 2. n. 3. Flamin. de resignat. lib. 4. q. 9. n. 1. Bonac. de Sacr. disp. 8. quest. unic. punct. 5. num. 12. Thom. Valasc. d. alleg. 9. num. 1. in fine, Gutier. Canon. lib. 1. c. 29. à princip. Sanch. in opusc. moralib. lib. 7. c. 1. dub. 33. n. 11. cum seqq. D. Acuña in comment. ad cap. in singulis, n. 3. cum seqq. dist. 77. Marcel. Vulpe novissimè in praxi judic. fori Ecclesiast. cap. 8. n. 4. idem Bonac. de censur. extra Bullam, disp. 3. quest. 1. punct. 1. n. n. 4. Carol. de Grassis de effectibus clerical. in pralud. n. 284. Molfes. in summa Theolog. moral. tract. 2. c. 12. n. 2. Campan. in divers. juris Canon. rub. 7. c. 1. per totum, & c. 2. ubi in fine dicit † promoven- dos ad Ostiariatum, & Exorcistatum, ætatem annorum 13. habere debere; ad Acolytatum vero quartum decimum attingere: sed cum hæc etas non sit praeslituta à Sacro Concilio Tridentino, attendenda est, quæ à Canone prescribitur, ut decisum referunt Armeniar. in addit. ad recopilat. legum. Navarr. lib. 1. tit. 10. l. 1. n. 3. Pias. in praxi nova Episcop. part. 1. c. 1. n. 21. in fine.

Prima tonsuram recipiens ante septennium non peccat mortaliter, si nondum pervenit ad usum rationis, quia nullibi preceptum hoc graviter prohibent insenio. Syr. de censur. lib. 6. c. 12. n. 20. D. de Acuña ad d.c. singulis, n. 5. Episcopus vero conferens Tonsuram ante septennium mortaliter peccat, cum videatur facere contra prohibitionem Ecclesiæ in re gravi, ut tenet Bonac. de censur. disp. 3. q. 6. punct. 5. n. 7. vers. neque Sayr. citato loco, D. Acuña ad d. c. in singulis n. 7. Nec etiam sit suspensus, aut aliquam irregularitatem incurrit, qui alios minores Ordines ante legitimam etatem suscipit. Suar. tom. 5. disp. 31. n. 2; sed 4. ubi n. 29. idem subdit in Episcopis, Henr. lib. 10. c. 19. n. 1. in comm. lit. B. D. Acuña in d. c. in singulis, n. 6. Nec Bulla Sixti V. incip. Sanctum, & salutare, obitum, quia in hac parte revocata fuit per Clement. VIII. ut afferit Bonacina d. punct. 5. n. 6.

Prima clericali Tonsura (verba sunt Concilii) non initientur, qui Fidei rudimenta edociti non fuerint, quique legere, & scribere sciant, c. 4. sess. 23. de reform. Unde cum non presumatur quis sciens, nisi probetur, cap. si forte, juncta Gloss. verb. Scientia, de elect. in 6. Menoch. de presumpt. lib. 6. pref. 91. n. 18. Pias. in praxi nova Episcopali, p. 1. c. 1. n. 40. in fine Flamin. de resignat. lib. 10. q. 3. n. 64. Gonzal. ad reg. 8. Cancill. gloss. 4. n. 105. † ad primam Tonsuram non debet admitti, qui non ostenderit se legere, & scribere scire, ut observant Francisc. Leo in thesaur. fori Ecclesiastici p. 3. c. 8. n. 6. Bonac. de Sacr. disp. 8. quest. unic. punct. 5. n. 16. Molfes. d. tract. 2. c. 13. n. 2. Th. Valasc. tom. 1. all. 9. à n. 2. Sanch. in opusc. moral. lib. 7. c. 1. dub. 45. n. 9. Marchin. d. tract. 1. p. 5. c. 1. n. 4. Marcel. Vulpe in praxi judic. fori Eccles. c. 7. n. 1. Laurent. de Franchis ubi supr. in resp. ad 19. vers. & ut à primo, Aloys. Ricc. in praxi fori Ecclesiast. decis. 390. in 1. edit. & resol. 329. in 2. edit. ubi etiam afferit ad beneficium simplex requiri, quod sciat legere & construere, de quo etiam Navar. in cap. si quando, except. 13. n. 13. Concilii Trident. non exprimant in qua lingua, videntur intellexisse linguam vulgarem, seu maternam, ita quod valeat Tonsura insigniri quisquis, si in sua lingua materna legere, & scribere sciat: sic Azot. instit. moral. p. 2. lib. 6. cap. 6. quest. 2. quem refert Campanil. in diversorio juris Canon. rub. 5. cap. 2. n. 2. & multis novissimè comprobat Sanch. d. c. 1. dub. 45. n. 11. me citato in hoc loco, novissimè Diana moral. resol. part. 5. tract. 14. resol. 27. Minores vero Ordines iis, qui saltē linguam Latinam intelligent, conferri debent, ut habetur in Concil. Trident. d. sess. 23. cap. 11.

cap. 11. & sigillatim scientiam unicuique Ordini te-  
quicquam explicant Sot. in 4. dist. 25. q. 1. art. 4. vers.  
tertia conclusio. Azot. d.c. 6. Molfes. d. tract. 2. c. 13. n. 3.  
Sanch. d. dub. 45. ferè per tot. Marchin. d. p. 5. c. 1. Ad-  
vertit tamen Menoch. de arbitr. casu 525. n. 58. arbit-  
trari Episcopum posse, magis expedire Ecclesiæ si  
Ordines conferat ei qui, et si adhuc Latinam linguam  
non intelligat, est tamen bona indolis, & pro ætate  
docilis; nam illiteratus puer dici non debet, qui pro-  
latae didicit, quique ostendit proficere se posse. Vide  
infra alleg. 46. n. 9. cum seqq. De scientia singulis Or-  
dinibus majoribus convenienter dixi infra alleg. 14.  
ante n. 10. Et notandum est, quod examen de scientia,  
& doctrina Regularium Ordines suscipere volentium  
debet fieri ab Episcopo, ut per Vasq. in 5. part. tom. 5.  
disp. 246. c. 6. n. 55. Miranda in man. Pralat. tom. 1.  
q. 39. art. 2. Villalob. in sum. tom. 1. tract. 11. dub. 14. n. 5.  
Portel. in addit. ad dubia Reg. verb. Ordines sacri, n. 1.  
Diana moral. resol. p. 2. tract. 2. miscel. ref. 31. in fine.

Neminem quoque debere illum Ordinem, imò nec  
primam Tonsuram suscipere, qui non sit confirmatus, docet Concil. Trid. sess. 23. de reform. c. 4. & resol-  
vunt Pias. in praxi Episcop. p. 1. c. 1. n. 24. vers. ad  
minores, Molfes. in sum. Theolog. moral. tract. 2. c. 3.  
n. 25. Valer. Reginald. in praxi fori pœnit. lib. 28. n. 24.  
Homobon. de Bonis de examine Eccles. tract. 3. q. 1.  
qui secus tamen faceret ( secluso contemptu ) non  
peccaret mortaliter, quia nec Concilium ipsum Trid.  
id prohibet sub alia censura, aut alia forma, quæ ob-  
ligationem ad mortale indicet, solumque est indecen-  
tia quædā. Ita Navar. in man. c. 22. n. 9. Henr. in sum.  
l. 14. c. 6. §. 3. Suar. tom. 3. disp. 38. sett. 1. Avil. de censur.  
p. 7. disp. 9. sett. 1. dub. 1. Aloys. Ricc. in praxi rerū fori  
Eccles. ref. 369. G. let. in marg. casuū Conscient. verb.  
Ordo, pag. 194. Azot. instit. moral. p. 2. lib. 3. c. 48 q. 1.  
Coninch. de Sacram. tom. 1. q. 72. art. 8. n. 90. Fernand. in  
exam. Theol. moral. p. 3. c. 3. §. 5. Valer. Reginald. citato lo-  
co. Capan. in diversi. iuris Canō. rub. 2. n. 26. Diana resol.  
mor. p. 2. tract. 2. miscel. ref. 4. latiū sup. alleg. 2. n. 14.

Materia remota Sacramenti Ordinis est res illa,  
quæ traditur eum suscipienti, traditio verò est materia  
proxima, ut per Henr. in sum. lib. 10 cap. 8. §. 2. Card.  
Bellarm. tom. 3. de Ordine, c. 9. Valer. Reginald. in pra-  
xī fori pœnit. l. 30. tract. 1. u. 7. cū seqq. Vasq. p. 3. tom. 3  
disp. 239. c. 3. Ægid. de Coninch. tom. 2. disp. 20. dub. 7.  
concl. 3. Sanch. in opuscul. mor. lib. 7. c. 1. dub. 1. n. 10. ubi  
ait, quod cum forma sit imperatoria, Accipe potestatē,  
applicatio materiæ debet esse traditio vasorum & in-  
strumentorum, quibus usus ejusdem potestatis desig-  
natur, quæ ut melius percipiatur, de unoquoque ex  
minoribus Ordinibus à nobis specialiter agendū est.

Et quidem, ut ab inferiori gradu incipiamus, scien-  
dum Psalmistam, seu Cantorem eum dici, qui primam  
clericalem Tonsuram tantummodo suscepit, id est sic  
dictus, quia Psalms, & cæteras laudes in Ecclesia  
cantat, cap. cler. 21. dist. Thom. Valasc. alleg. 3. n. 7.  
cuju officium impertit invenitur, est enim qui vo-  
cem præmittit, & qui canendo subsequitur, & qui  
confonatur; primus dicitur præcentor, secundus succé-  
tor, tertius concensor appellatur. Proprium autē Psal-  
mi & officium est canere benedict ones, & laudes, at-  
que Antiphonas, c. 1. 25. dist. dict. cap. cler., Navar. in  
man. c. 15. n. 108. & de orat. c. 7. n. 14. Valer. Reginald  
in praxi fori pœnit. l. 30. tract. 3. c. 1. n. 6. in ejus ordi-  
natione fit capillorum consulta in modum coronæ, &  
veste linea induitur, ut in Pontificali. Potest tamen  
quisque sola iustitione Presbyteri officium psallendi  
exercere, cap. Psalmista. 23. dist. Tonsuram verò de-  
ferte nullus debet, nisi eam prius ab Episcopo acce-  
perit, prout constitutum fuit in septima Synodo re-  
lata in cap. 1. 69. dist. & quamvis primam Tonsuram  
minime habere materialm, & formam essentialiem, ac  
Barbos. de Episcop. Pars II.

proinde sine prolatione aliquorum verborum validam  
esse consutationem, teneant illi, qui affirmant  
eam non esse Ordinem, & præcipue Navar. consil. 4.  
de Sacram. non iterand. in novis, Fornat. tract. de Or-  
dine, c. 7. Molfes. in sum. Theologia moralis, tract. 2. c. 3.  
n. 20. tamen juxta meam sententiam contrarium li-  
benter amplector, eo maximè quia Episcopus in ejus  
collatione dicit in persona clerici initiandi, ut habe-  
tur in Pontificali: Dominus pars hereditatis mea, &  
Calicis mei, tu es qui restitus hereditatem meam mihi.  
Unde minus bene aliqui existimarent Psalmista  
tum idem esse cum Lectoratu, inter quos est Waldens. de Sacram. Ordinis, c. 46. n. 6. tom. 2. sum. De pri-  
ma Tonsura vide quæ dixi de iure Eccles. lib. 1. c. 3. 8.  
n. 31. cum seqq.

Privilegia quæ clericus primæ Tonsuræ nancisci-  
tur, hæc sunt. Primum, quod in Religiosam Domini  
sortem cooptari certum est, atque ex laicis, & profa-  
nis personas fieri sacras. Secundum, quod Sacerdotij,  
seu beneficij Ecclesiastici capaces evadunt. Tertium,  
quod Ecclesiæ jurisdictionis participes sunt, id est po-  
testatis excommunicandi, interdicendi, suspendendi.  
Quartum, quod in eos imperium, & jus Magistratus  
sacularis non habet, quod privilegium dicitur fori.  
Quintum, quod nemo iis violentas manus potest in-  
ferre, quin in censuram incidat excommunicationis.  
Sexum est privilegium imminutatis suorum bonorum.  
omnium, sive illa iure patrimonij, sive beneficij Ec-  
clesiastici possideant. Ita Paul. Comitol. respons. mo-  
ral. l. 1. q. 54. Diana resol. mor. l. p. 4. tract. 1. ref. 10.

Ostiarius, sive Janitor est is, qui præest ostiis, vel  
januis templi, de quo meminerunt S. Dionys. Areo-  
pag. c. 3. Eccles. hierarch. Tertul. in l. adversus hæretic.  
& de eo scripserunt Onuph. l. de offic. Eccles. Raban.  
de instit. cleric. c. 12. Alcuin. l. de divin. offic. c. 35. Troil.  
l. 1. de perf. cleric. c. 19. Marcel. Vulpe d. cap. 7. n. 10.  
verb. ostiarius, cuius officium est bonos, & fideles in  
Ecclesia recipere, infideles verò, & criminosos, atque  
excommunicatos repellere, non quidem suo iudicio,  
sed superioris iussu, & auctoritate, cap. ostiarius, 23.  
dist. S. Thom. in addit. ad 3. p. q. 37. art. 2. in corpore,  
& alijs, quos sequitur Valer. Reginald. d. lib. 30. tract. 1.  
n. 11. Vasq. tom. 3 in 3. p. disp. 236. c. 1. n. 17. & 18. &  
Sanch. d. lib. 7. cap. 1. dub. 17. n. 3. Materia hujus Sacra-  
menti sunt claves, quæ cum ordinatur ei porrigitur,  
& forma sunt verba prolatæ per Episcopum in tradi-  
tione clavium, videlicet: Accipe potestatem aperiendi  
Ecclesiæ, & sacrarum, & claudendi infidelibus. Vel,  
sic age quasi Deo redditurus ratione pro his rebus, quæ  
his clavibus recluduntur, ut in Pontificali referunt  
Molfes. d. tract. 2. c. 4. Filliuc. tract. 9. n. 22. & 51. Sanch.  
in opuscul. moral. l. 7. c. 1. dub. 12. n. 4. Marchin. de Sa-  
cram. Ordinis, tract. 2. p. 2. c. 1. cum seqq. Hic vocatur  
etiam Sacrista, cum ei cura committitur sacerdoti  
vasorum, & thesauri Ecclesiæ, c. unic. de officio Sacristæ.  
Unde & Thesaurarius appellatur, qui Græcè Cimes  
liarcha nominatur, in c. 1. in fine, 25. dist. & ad ejus of-  
ficium spectat etiam Basilicarum ordinatio, vel orna-  
tio, & incensi preparatio, cura Chritismatis conficiendi  
ac baptisterij ordinandi, preparatio luminariorum, id  
est ceræ, & olei pro ipsis luminaribus, & hujusmodi,  
d. c. unic. de officio Sacristæ. Custos verò est quasi mi-  
nister Sacristæ, ad cuju officium pertinet ea custodi-  
re, quibus in dies Ecclesia utitur, ut linteamina Alta-  
ris, materiam Sacramentorum, lampades in Ecclesia  
accendere, campanas, & tintinnabula suis horis ad  
juvum Archidianconi pulsare, & his similia, ut habe-  
tur toto tit. de officio Custodis.

Leet or qui post ostiarium sequitur est is, qui po-  
tentatem habet legendi lectiones veteris Testamenti  
in Ecclesia: ejus namque officium est lectiones illas  
claræ, & distinctè pronuntiare, & ea quæ Propheta-

## 228 De officio, & potestate Episcopi.

prædixerunt populis enunciare, c. 1. 25. dist. cap. cler. 21. dist. S. Thom. & alii apud Vasquez 236. c. 2. num. 19. cum seqq. Hugo de S. Victore lib. 2. de Sacram. p. 3. c. 6. unde S. Isidor. in epist. ad Ludifridum, quæ refertur in c. perfectis, dist. 25. tradit Lectoris officium esse vaticinia Prophetarum populo prædicare, fortassis autem pro prædicatione accipitur ipsa recitatio Prophetarum alta, clara, & distincta voce polata, ut ibi exponit Card. Turrec & idem qui non fuerint ordinati Lectors, hoc officium in pulpito exercere prohibentur cap. non liceat, 22. dist. cap. 1. 69. dist. Hujus etiam Lectoris munus erat baptizandis Christianæ Religionis rudimenta tradere. Catechism. Roman. de Sacram. Ordin. num. 16. Sot. in 4. dist. 24. q. 1. art. 3. vers. 2. Quare in ejus ordinatione pro materia portigitur ei liber lectionum de Prophetis, cap. lector 23. dist. & sic materia remota est liber continens prophetias veteris & novi Testamenti, proxima est traditio ejusdem libri. Discrimen autem est inter materiam Lectoratus, & Subdiaconatus, quia Subdiaconi est legere utriusque testamenti Epistolæ in solemnis Missæ sacrificio, Lectoris autem extra Missam inter nocturnas Psalmódias, ut scribit Amalar. Fortun. lib. 4. de offic. Eccles. c. 3. Forma autem sunt illa verba Episcopi: *Accipe, & esto verbi Dei relator, habiturus, si fideliter, & utiliter impleveris officium tuum, partem cum his verbis Dei bene ministraverunt, ut in Pontificali referunt Clemens Papa lib. 8. constit. c. 22. Molfes. d. tract. 2. c. 5. Filliuc. tract. 9. n. 21. & 51. Sanch. d. lib. 7. c. 1. dub. 12. n. 5. Marcel. Vulp. d. c. 7. n. 28. vers. Lector.* Vide dicta c. 38. cum seqq.

**M 1** Exorcista Græca voce sic dictus, qui Latinè adjutans dicitur, sive increpans, d. c. cler. in cuius ordinatione pro materia traditur liber exorcismorum, cap. Exorcista, 23. dist. Forma autem sunt illa verba Episcopi: *Accipe, & commenda memoria, & habe potestatem manus imponendi super energumenos, ut in Pontificali referunt Sanch. in opusc. moral. lib. 7. c. 1. dub. 12. n. 6. Marchin. d. tract. 2. p. 3. c. 2. Rodolph. Cupers in c. oportebat, 79. dist. de Exorcistis, Marcel. Vulp. d. c. 7. n. 28. Molfes. d. tract. 2. c. 6. Filliuc. d. tract. 9. n. 20. & 51. hujus enim officium est, ut habetur in c. 1. 25. dist. manus super energumenos, id est lunaticos, seu à dæmonibus obsessos, cum invocatione nominis Jesu imponere, specialiter autem super baptizandos, in eo videlicet actu, qui dicitur exorcismus, d. c. nec quemquam, ad fin. vers. nec autem, de consecr. dist. 4. Hug. lib. 1. de Sacram. p. 3. c. 8. Stephan. Eduensi. tract. de Sacram. Altaris, c. 3. est enim exorcismus, ut inquit text. in c. ante viginti, ead. dist. 4. adjuratio contra dæmones, quæ non solum circa corpora obsessa, verum etiam circa obsessas animas per peccatum, vel infidelitatem exercetur, arctat enim eorum potestatem, ut minus officiant aut nocere valeant animabus, c. sicut nobis, ead. dist. 4. Sed exorcizare quidem dæmones in baptizandis officium est Sacerdotis, c. Sacerdotes, ead. dist. quamvis & simplex Exorcista id valere, efficere, sicut in obsessis corporibus potest, d. c. 1. 25. dist. qui vero non est in hoc Ordine constitutus, exorcizare nec in Ecclesia, nec in domibus potest, c. fin. 69. dist. Laodiceen. Conc. c. 25. Aquisgran. c. 79. Victor. de Magia, n. 23. Sanch. in opere morali, lib. 2. c. 42. n. 18. Suar. tom. 2. de Relig. lib. 4. de adjurat. c. 2. n. 11.*

Præsente aliquo in supremo Ordine constituto, non debet clericus exorcista in unus istud exorcizandi exercere, sed id relinquere Sacerdotibus, qui soli hac nostra æstate officium istud pellendi dæmones præstant: munus autem exorcitandi in Ecclesiæ primordiis remittebatur clericis Exorcistis, quia tunc tanta erat energumenorum copia, ut quasi greges ad Ecclesiam accederent, teste Greg. de Valentia tom. 4. disp. 9. q. 1. punct. 3. licet regulariter Episcopo minimè liceat pro-

hibere clericis Exorcistis, vel Sacerdotibus, ne sine illius facultate energumenos exorcizent, potest tamen videre quam exorcizandi formam servet Exorcista, an ab Ecclesia institutam, & receptam, vel an utatur su. perstitionibus, vel aliquod cum dæmone pactum ha. beat; & si videat eum his in rebus deficere, tunc in. tegrum Episcopo erit eundem ab officio exorcizandi removere. Ita Navar. cons. 6. de officio Ordin. Ugolin. de officio Episcopi, c. 47. n. 6. licet Exorcistæ quando dæmon est ligatus aliquo signo, talia signa à dæmone revelata perquirere, strangere, & destruere, ut iis ablatis maleficiatus incolumentem consequatur, Navar. in man. c. 11. n. 29. Petr. Binsfeld. in tit. de malefic. & mathemat. lib. 4. q. 5. concl. 4. Suar. som. 1. de Relig. lib. 2. de superst. c. 17. latè Sanch. de Matrim. lib. 6. disp. 96 cum quibus declara & intellige. Non licet tamen Exorcistæ rogare magum, ut tollat maleficium per aliud maleficium, ubi alia via maleficiatus sanari non potest; quia hoc nihil aliud est, quam dæmonis auxilium per magum invocare, Sylvest. in sum. verb. Ma. leficium, q. 8. Navar. d. n. 29. Petr. Binsfeld. d. q. 5. con. clus. 3. Martin. Delr. disquis. magic. lib. 6. c. 2. sect. 1. q. 1. Suar. ubi suprà c. 18. Sanch. d. disp. 95. n. 7.

Acolytus qui Græco vocabulo sic appellatus, Linde sequens, potest intelligi, eo quod Subdiaconum sequitur, aliter vero Ceroferarius dicitur à cereis deportatis, cap. cler. 21. dist. in ejus ordinatione pro forma porrigitur candelabrum, ut sciat se ad accédenda Ecclesiæ lumina mancipari. cap. Acolytus, 23. dist. Aliqui vero dicunt, materiam hujus Sacramenti esse certum extinctum simul cum urceolis vacuis; alii tenent solum esse urceolos vacuos, in Pontificali tamen videntur significari utramque simul esse materiam, prout ex eo colligere videtur Vasq. d. disp. 236. num. 29. & 30. & disp. 237. sub n. 32. vers. caterum, Molfes. d. tract. 1. c. 7. n. 10. Filliuc. d. tract. 9. n. 19. & 51. vide dicta in jure Eccles. lib. 1. cap. 38. n. 1; cum seqq. Forma autem sunt verba ab Episcopo prolatæ in traditione matris videlicet quando traditur cereus extinctus: *Accipere ceroferarium cum cereo, ut scias te ad accédendum Ecclesiæ luminaria mancipatum in nomine Domini.* Et quando traditur urceolus vacuus, Episcopus hanc profert verborum formam: *Accipe urceolos ad suggestum vinum, & aquam in Eucharistiam sanguinis Christi in nomine Domini, ut in Pontificali.* Sed dubitari potest in quonam æta imprimatur character hujus Ordinis, an in traditione cerei, & prolatione suæ formæ, vel in traditione urceoli, & prolatione formæ? Una sententia tenet ordinationem fieri, & characterem imprimi in traditione candelabri, & prolatione suæ formæ Ita Bonav. in 4. dist. 24. 2. part. distinet. dub. 5. Angel. in sum. verb. Ordo 1. n. 4. Alia sententia tradit characterem hunc imprimi in traditione urceolorum, quia istos Acolytus principalius, & immediatus, quam per candelabrum, quod defert, Eucharistiæ defert. Sic S. Thom. in 4. dist. 24. q. 2. art. 3. ad 6. Palud. ibid. art. 2. n. 15. Henr. I. 10. c. 9. n. 1. Sylvest. in sum. verb. Ordo 2. q. 4. Sanch. d. lib. 7. c. 1. dub. 12. n. 7. Tertia, cui magis adhæreo, habet characterem imprimi in utriusque materiæ traditione simultanea, quam ex novioribus amplectuntur Viguer. in sum. Theologica, c. 16. §. 6. Vasq. tom. 3. in 3. p. disp. 237. c. 3. n. 36. ejus est officium luminaria parare, & ad Altare deferre quando legendum est Evangelium, aut Sacrificium offerendum ad signum letitiae demonstrandum, & ipse suggesta pro Eucharistia Subdiaconis præparat & vini, & aquæ urceolos, d. c. cler. cap. 1. 25. dist. cap. 1. §. deservientes, 23. dist. c. Acolytus, 23. dist. Sanch. d. c. 1. dub. 17. n. 6. quos etiam familiares deferre solitos tradit Durand. de ritibus Eccles. lib. 1. cap. 23. Vide circa hunc Ordinem, quæ dixi de Lure Eccles. lib. 1. cap. 18. num. 5. cum seqq.

Contactus

15 Contactus materiae est de essentia, ita ut non censatur Ordinatus, qui illum realiter, & physicè non contigit, ut docent S.Thom p.3.q.38 art.14. Sylvest. verb. Ordo 2.q.5. Egid. de Coninch. disp.20.dub.7. n.7. Sanch. in opusc. moralib. lib.7.c.1.dub.2.n.1. Martin. Fornar. de Ord. cap.2.n.4. Valent. tom.4. disp.9. q.1.puncto 4.ad 1.argum. Quamvis hunc materiae contactum, non esse de essentia teneant Henr. lib.10.c. 9.num.1.lit.D. Vasq. d. disp.246.num.19. Piascc. in praxi Episcop. part.1.c.1.n.51.pag.59. led in Ordine Presbyteratus suscipiendo aliter resolvimus in alleg. 14.n.8. non opus esse contingere materiam quando verba profectuntur, ita ut simul contactus, & verba, seu forma, sed sufficere ut sint simul morali et, id est, sine mora interposita, observant Emmam. Sa verb. Ordo, n.5. Nang. part.3. quest.34.art.5.diffic.2. Henr. d.cap.10.5.1. Valer. Reginald. de tract.5.n.9. Grana- do in 3. part. de Sacram. controv.9. tract.1. disp.6.n.16. Diana moral. resol. part.5. tract.13. resol.48. ubi tenet in Sacramento Ordinis sufficere simultatem materie moralem & formam. Et in minoribus Ordinibus sufficit si praeterea instrumenta tradantur per Archidiaconum, Episcopo traditionis verba proferente, & ex d.c. A. olyrus, docet Sylvest. verb. Ordo 2.q.5. Vivali. in candelah. tit. de Sacram. Ordinis, num.14. Navar. conf. de Sacram. non iter. Est autem notandum sex esse sub iantalia hujus Sacramenti, quorum uno deficiente non suscipitur, nec character imprimitur. Primum est, potestas ordinantis, de qua allegat.3. Secundum materia, id est instrumenta tangendi, & in Presbyteris unctio, de quibus egimus numeris precedentibus, & alleg. 14. Tertium forma verborum, ut diximus locis proxime citatis. Quartum sexus virilis, quia foemina non suscipit characterem, ut ob. servavius alleg. 16. n.25. Quintum intentio recta. Sextum Baptismus in ordinato, ut probavimus alleg. 2. à num.8.

14 Minores Ordines possunt absque Missa conferri, etiam à non jejuno, Armil. verb. Ordo, num.9. Angel. verb. Ordo 4.n.5 decet tamen conferri intra Missam & ab Episcopo jejuno, Madius de Sacram. Ordin. c.5.n.9. + Majores vero non nisi in Missa conferuntur, quod sicut, de elect. & consult. Concil. Trid. sess. 23. de reform. c.8. de necessitate videlicet precepti, non de necessitate Sacramenti, Gloss. verb. Dividatur, in d.cap. quod si ut Campanil. in diversorio Iuris Canon. rub.2.n.36. & rub.6.c.2.n.19.

16 Quamvis Episcopi, seu ab ipsis deputati debeant inquirere intentionem ordinandi, hoc est, an illi ad sit, vel desit intentio ascendendi ad alios Ordines, ut super dictum est, si tamen initiandus suam non aperiens mente primam Tonsuram recipiat, eo tantum fine, ut fruatur privilegio clericali, vel ut gaudeat exemptione forti, non peccabit mortaliter, prout resolvunt Sanch. de Matrim. lib.7. disp.33.v.16. & 17. Galet. in margarita casu. n. conscientia, verb. Ordo, pag.194. col.2. Coninch. de Sacr. tom.2. disp.20.n.104. & 105. Bonac. cod. tract. disp.8.q.unic. punct. ult. in fine. Homobon. de Bonis de examine Ecclesiastico, p.1. tract.3. q.2. & 3. Villalob. in sum. tract.11. diffic.14.n.2. Ant. Diana Moral. resol. part.1. tract.16. resol.10. ex Concil. Trid. sess. 23. de reform. c.4. ibi, Tonsura non initiatur, &c. de quibus probabilis conjectura non sit, eos non secularis judicii fugiendi fraude, sed ut Deo fidelem cultum praeferent, hoc vita genus elegisse, &c. Contrariū vero tutius mihi semper visum fuit, ex citato Tridentini decreto, quod hanc appellat fraudem saecularis judicii, & sic videretur crimen esse mortiferum, cum in maximum Reipublicæ detrimentum, necnon in gravem Ecclesiae injuriam vergat, & idem hanc partem sustinent Victor. in sum. tit. de Sacr. Ordinis, n.240. Bañes 2.2.q.12. art.1. concl. ult. Fr. Emmam. in sum. p.2. Barbos. de Episcop. Pars 11.

c.17.n.2. Petr. de Ledesm. etiam in sum. p.2. de Sacra ubi de Sacra. Ordinis, dub.5.concl.2. Moifel. etiam in sum. Theolog. moral. tract.2.c.18.n.1. novissimè Marchin. de Sacram. Ordinis, tract.1.part.8.c.1.a.n.2. ubi à n.9. disputat an secluso contemptu, & alia prava intentione lethalis sit Tonsura, & minorum Ordinum receptio, absque voluntate ascendendi ad factos Ordines, & à num. 22. an retrocessio à Clericatu sit lethalis, vel venialis.

Ordines minores licet uno die omnes uni possint 17 conferti secundum Gloss. verb. Minores, in c.2. de eo qui fartiū Ordines suscepit, Mandos. super reg. Cancel. 24 de malè promotis, q.1.n.9. Rebuff. super reg. 13. Cancel. vers. item cupiens, Gutier. Canon. lib.1. cap.26. n.31. & 32. Henr. lib.10.c.11.n.4. Bonac. de Sacr. disp.8. quest. unic. punct.5.n.36. Sanch. in opusc moral. lib.7.c.1.dub.53.n.11. Alzedo d.p.2.c.5.n.21. Nihilo minus propter verba Concil. Trid. sess. 23. de reform. c.11. ibi, Atque ita de gradu in gradum ascendet. ut in eis cum etate vita meritum, & doctrina major accrescat. + laudabilius erit abstineri, nisi imminueret necessitas, vel alia urgens causa bene visa Episcopo, ut in 18 specie post Azorium firmant Miranda in man. Pralat. tom.1.q.38.art.5.concl.2. Mar. Anton. variar. resol. lib.1.resol.fin.casu 26. Homobon. de Bonis de exami- ne Ecclesiast. p.1. tract.2.c.2.q.14. Marchin. d. tract.1. p.7.c.1. à n.6. Marcel. Vulpe in praxi judic. c.7.n.7. v. quatenus, ubi quod Episcopus potest dispensare super intersticiis in minoribus ob quamlibet levem causam, & in Concil. Brachar. ult. art.2. p.1. relinquitur pru- dentia Episcoporum, an simul, vel per intersticia temporum debeat conferre Ordines minores. Inter unum igitur, & alterum minorem Ordinem poterit esse in- terrallum, quod daretur de uno die festo ad alium proximum, cum singulis diebus festis conferri pos- sent, ut diximus. Ita Sorbus in comp. Mendic. verb. Ordo, vers. & sic bene, Campanil. rub.6.c.3.n.13. quod verum judico, vel tutius interveniente intervallo de uno ex temporibus generalium ordinationum ad aliud, ut tenent Ugolin. de potest. Episcop. c.26. §.17. n.4. & Majol. de irreg. lib.3.c.24.n.13.

Si consuetudo tamen adesset (qualis in aliquibus locis Germaniae, & Hispaniae vigere constat) quæ permitteret minores Ordines, & primam Tonsuram uni- ca die conferri, servandam esse afferunt Alzed. d.c.1. n.22. Sylvest. verb. Ordo 2.n.7. vers. tertium, Rebuff. ubi proxime, Thom. Valasc. tom.1.alleg.3.n.1. Henr. d.5.4. Campan. divers. juris Canonici, rub.6.c.2.n.20. & decilum refert Armendar. ad recop. legum Navar- rae, lib.1.tit.18.l.7.n.57. & etiam alia non stante, + si quis uno, eodemque die omnes Ordines minores, vel primam Tonsuram cum minoribus receperit, nullam incurere irregularitatem afferunt Avila de censur. p.7. disp.9. sect.1. dub.4. Sayr. cod. tract. lib.7.c.10.n. 22. Valentia tom.4. disp.7.q.19. punct.3. Bonac. de censur. disp.7. quest.3. punct.5.n.35. an idem dicendū, si consuetudo vigeat in eisdem locis, ut unica die mi- nores Ordines cum Subdiaconatu conferantur? Una sententia tenet consuetudinem non excusat, qua haec fuit sublata à Trident. sess. 23. de reform. c.11. & 13. ita Sylvest. in sum. verb. Ordo 2. quest. Maiol. de irregul. lib.4.c.11.n.1. Hieron. Veneto in exam. Episc. lib.1.cap.18.n.13. Card. Tolet. lib.1. cap.71. num.1. Salzed. ad Bernard. in pract. cap.15. vers. una, & eadem die, Alzedo d. part.2. cap.5.n.24. Menoch. de arbitr. cent.6. casu 564. num. 8. Altera sententia, cui tanquam probabiliti adhaereo, tenet ex justissima causa id licere Episcopis in iis locis, in quibus ista vi- get consuetudo, quia consuetudines ambiguae non tolluntur à Trident. sess. 23. de reform. cap.6. & 9. sic Hier. Sorbo verb. Ordines sacri, Navar. in man. c.25. n.71. Fr. Emmam. in sum. p.2.c.16.n.3. Gutier. canon. lib.1.

lib. 1. c. 16. n. 34. Sayt. de censor. lib. 4. cap. 14. n. 25. & lib. 7. c. 10. n. 26. Suar. in simili tract. disp. 31. sect. 1. n. 41. Sanch. in opus. Moral. lib. 7. cap. 1. dub. 53. n. 7. cum seqq. Miranda in man. Prelat. part. 1. q. 38. art. 8. concl. 2. Fornar. de Ordine. c. 8. n. 3. Quamvis alii seclusi consuetudine existimaverint nostra jam tempestate licere Episcopo eadem die ex causa justa minores omnes & simul Subdiaconatum conferre, ex quorum numero sunt Molfel. in sum. tract. 2. c. 8. n. 17. & c. 14. n. 5. Valsq. tom. 3. in 3. p. disp. 246. c. 5. n. 48. Diana tom. 1. tract. 16. resol. 28.

21 Tempus idoneum ad conferendum minores Ordines illud idem esse, quod ad majores requiri constat, ne non quamlibet Dominicam, aut festivam die, dummodo non fiat generalis ordinatio. Alex. III. in cap. de eo, de temp. ordin. Sylvest. verb. Ordo 2. n. 6. Rebuff. in praxi benefic. p. 2. tit. de clericis ad sacros Ordines male promotis, n. 2. & 3. Vivald. in candelabro aureo, tit. de Sacram. Ordinis, n. 36. vers. tertia conclusio. Cardos. in praxi judicum, verb. Sacram. Ordinis, n. 42. Valer. Reginald. d. lib. 30. tract. 1. n. 26. Marchin. d. tract. 1. part. 7. c. 5. n. 2. Bonac. de censor. extra Bullam, disp. 4. quest. 1. punct. 3. n. 1. Fr. Emman. in sum. tom. 2. c. 16. n. 3. Henr. lib. 10. c. 12. §. 2. Iacob. de Graff. in decis. aureis, lib. 3. part. 2. c. 12. num. 20. Thom. Valasc. alleg. juris tom. 1. alleg. 4. num. 4. Homobon. de Bonis de examine Ecclesiastico tract. 3. c. 8. q. 69. vers. item minores, Monet. de commut. ult. volunt. cap. 10. n. 184. Sanch. opus. moral. lib. 7. c. 1. dub. 52. n. 1. ubi n. 8. subdit posse Episcopum diebus Dominicis, & festis Ordines minores conferre multis, non tamen ita quod videatur Ordines generales celebrare, Ochagau. de Sacrament. Ord. q. 9. n. 8. Castald. in praxi cæremlib. 2. sect. 15. c. 3. n. 3. Paul. Layman. lib. 6. tract. 10. c. 8. n. 1. Madius de Sacram. Ordinis, c. 3. n. 4. Joan. Suar. in enchirid. casuum conf. lib. 5. verb. Ordo, §. datur prima Tonsura, novissimè mei amicissimus Diana moral. resol. part. 5. tract. 13. resol. 97. in princ. Concedit etiam consuetudo recepta, ut feria sexta vespere praecedente Sabbathum, in quo de jure Ordines sacri conferuntur, Episcopis fas esse Ordines minores dare, quasi in hoc officio censeatur incipere dies Sabbathi pridie vespri Henr. d. lib. 10. c. 12. §. 2. ubi reddit ratione hujus consuetudinis permittentis Episcopis in die Veneris vespri conferre minores Ordines, ut scilicet ipsi ea cura vacarent, possintque in Sabbatho majori cum solemnitate sacros Ordines dare, refert Molfel. in sum. Theologie moralis, tract. 2. cap. 14. n. 7. & idem Henr. in d. §. 2. ex communi praxi, & consuetudine attestatur Episcopos habere potestatem promovendi ad minores Ordines feria quarta quatuor temporum, refert Sanch. d. dub. 52. n. 3.

22 Dubitari potest, quinam sint isti dies Dominici, & festivi, in quibus Episcopi minores Ordines conferre possunt; etenim Gloss. verb. ad sacros, in cap. sanè, de temp. ordin. dicit diebus solemnibus. Sylvester vero verb. Ordo 2. num. 6. vers. secundum, dicit præcipuis diebus, prout etiam utitur text. in cap. de feriis, ibi: diebus autem Dominicis, & aliis præcipuis festivitatibus. Alii tandem intelligunt de omnibus festivitatibus expressis in cap. fin. de feriis. Ego tamen semper intellexi hos dies festivos debere esse de præcepto, prout reperi tenuisse Vivald. in candelabro aureo. p. 1. tit. de Sacram. Ordinis, num. 35. vers. tertia conclusio, & me citato in hoc loco, Ferentil. ad Burat. decis. 758. num. 14. Nald. in sum. verb. Ordo num. 15. Sylvest. in sum. verb. Ord. 2. q. 2. Zanard. in direct. p. 1. de Sacram. Ordinis, cap. 3. Barthol. à Ledesma de Sacram. Ordinis dub. 15. Villalob. in sum. tom. 1. tract. 11. diffic. 13. n. 4. & non contradicit Azor. instit. moral. part. 2. lib. 1. c. 27. vers. ult. & sufficit si in Diœcesi sua sit solemnitas diei festi, licet ubique non celebretur, ex traditis pec-

Henr. lib. 9. cap. 28. §. 1. Quamvis supradicta sententia securior sit, non desunt tamen plures summae auctoritatis viri, qui contrarium, nempe dictos dies festivos, tam in Ordinibus majoribus, quam in minoribus ex privilegio sumendis sufficere, ut sint de festo dupli. licet non serventur Ecclesiae præcepto, neque in illis ablineatur ab operibus servili bus, ut per Figund. in quinque Ecclesia præcepta, præc. 1. lib. 1. c. 2. n. 15. ubi hoc probabis asserit, Homobon. de Bonis in resp. casuum conscient. vol. 2. part. 5. resp. 207. Gavant. in Enchir. Episcop. verb. Ordines minores, n. 15. Tanner. tom. 4. d. sp. 7. q. 3. dub. 2. n. 44. Franc. Hallier. de sacris orationib. p. 2. sect. 7. c. 1. art. 1. n. 2. Ioan. præposit. in 3. p. D. Tom. q. unic de Sacram. Ordin. dub. 15. n. 150. ubi adverit dispositionem c. de eo, de temp. ordinat. dum minores Ordines diebus festis dandos ait, non tantum intelligentiam de festo, quod servatur in populo, sed etiam de eo, quod servatur in choro, terti. gi supra alleg. 17. sub n. 7.

Pro prima Tonsura non designatur certum tempus, sed in omni potest conferri, prout resolvunt Arbil. verb. Ordo, n. 8. Tabien. eod. verbo, §. 2. Barthol. à Ledesma dub. 15. de ordine, Sanch. in opus. moral. lib. 7. c. 1. dub. 52. n. 1. Valer. Reginald. d. lib. 30. tract. 1. n. 26. vers. certum est. Laurent. de Franchis d. pag. 79. in resp. ad 17. Henr. lib. 10. c. 12. §. 1. Thom. Valasc. d. alleg. 4. n. 3. Marchin. d. tract. 1. p. 7. c. 5. n. 1.

Ad ritum pertinet locus, ubi ordinatio fieri debet, & est qualibet Ecclesia, tametsi non Cathedralis, Tabien. verb. Ordo 5. §. 1. Sylvest. eod. verbo 2. n. 8. Valer. Reginald. in praxi fori paenit. lib. 30. tract. 1. n. 27. novissimè Laurent. de Franchis in controvers. imm Episcop. & Regul. pag. 79. in resp. ad 18. Licebit nam Episcopo eos dare ubi libenterit, dummodo sit in sua Diœcesi, vel in aliena de Episcopi consensu, iuxta glossam in cap. ordinationes, il. 2. 75. dist. per text. in c. quando, ead. dist. etiam in domo, dummodo Episcopis sit, Henr. d. lib. 10. c. 11. §. 8. Aloys. Ricc. in praxi aurea resol. 274. imd & in domo non Episcopali de conuentu licere, & se non semel servari vidissent fert Campanil d. rub. 6. c. 2. n. 17. Sanch. in opus. moral. lib. 7. c. 1. dub. 50. n. 1.

In loco vero interdicto, & personis interdictis Ordinis Sacramentum conferri non potest, tum quia interdictum prohibet usum omnium Sacramentorum, exceptis specialiter à jure concessis, in quo nullibz repertur concessum, ut in loco interdicto Ordines conferantur, tum quia hoc Sacramentum non est de necessariis ad salutem, ita meritò resolvunt nostri per text. ibi in c. non est, de sponsalib. & Theologi in 4. dist. 18. post Palud. ibi q. 8. art. 2. concl. 2. D. Anton. 3. p. tit. 26. c. 24. ad medium, Navarr. in man. c. 27. n. 179. in fine, Covar. in cap. alma mater, p. 2. §. 3. n. 6. Henr. in sum. lib. 1. c. 45. §. 4. Ugolin. de censor. tab. 5. c. 7. §. 2. Avil. eod. tract. p. 5. disp. 4. sect. 1. dub. 8. Suar. eod. tract. disp. 33. sect. 1. à n. 44. Sayt. eod. tract. lib. 5. c. 7. à n. 34. Bonac. eod. tract. disp. 5. punct. 2. §. 3. n. 3. Benzon. de justitia Pontificii interdicti. c. 6. vers. nec Episc. cum seqq. ubi resolvit non licere Episcopo tempore interdicti conferre Ordines majores, seu minores, etiam primam Tonsuram quibuscumque etiam Regularibus. Quamvis autem necessaria non sit in hoc proposito distinctione inter generale, vel speciale interdictum, ut ostendit Suar. ubi proximè quia quocumq; modo ponamus personas, vel loca interdicta, ita ut interdicto ligentur, nunquam ab eis, vel in eis Ordines suscipi, aut confecti possunt. Contemnendus tamen non est ad majorē explicationem discursus, quem latè prosequitur Sayt. d. c. 7. à n. 36. & ante eum Abb. in d. c. non est, n. 8. vers. dubitatur, & latius Alex. de Nævo ibi à n. 23. nam si generaliter interdicatur populus, clerici etiam prime Tolsurz, sicut & laici alterius populi in eodem, vel alio loco

# Pars II. Alleg. XII.

231

loci Ordines suscipere non prohibentur, sicut etiam interdicto generaliter loco, laici, & clerici ejus loci alibi Ordines suscipere non prohibentur. quia omnes isti eo interdicto non ligantur, juxta receptissimas traditiones, desumptas ex text. in cap. si sententia de sent. excommunic. lib. 6. quando autem personae personaliter interdictae sunt, & specialiter, certum, & indubitatum est eis, & ab eis Ordines conferri non posse, sicut nec in loco interdicto specialiter.

27 An in Sabbatho sancto, ubi est locus interdictus, Ordines conferri possint? Dubitant nonnulli, quia videtur festum Paschatis à Missa ejus Sabbathi inchoari, & consequenter juxta concessionem cap. alma mater, §. in festivitatibus, de sentent. excommunic. l. 6. Divina omnia in eo prohibita non esse. Sed quicquid sit in ea questione, unde festum incipiat in proposito, negativè est resolvendum, quia in d.c. alma mater, in princip. regula negativa constituitur circa Sacra menta & divina Officia, deinde d. §. in festivitatibus, solum concedit Missæ sacrificium, & divina Officia, atque ita usum Sacramentorum denegare videtur juxta reg. cap. nonne, de præsumpt. cum vulgar. quo fundamento sic post Palud. communiter receptum, resolvit Covar. §. 3. n. 4. vers. tertium, d. loco.

28 Utrum autem si immineat necessitas ordinandi ministros, veluti si tempore pestis non adsit copia ministrorum, qui Sacra menta administrent, quæ interdicti tempore permittuntur, nec existat locus præter illum interdictum, in quo possint Ordines conferri, controverunt Doctores, an in eo licet conferantur? Negativam partem tenent Sylv. verb. interdictum §. 9. 7. quem dubi: ans magis sequi videtur Covarr. d. §. 3. n. 4. vers. tertium, & Ugolin. d. c. 7. §. 2. in fine, fundatus in nimia clericorum abundantia. Affirmativam tamen partem securè tinent Abb. in d.c. non est, n. 8. in fine, & alii quos refut Henriq. d. c. 45. §. 4. & data vetera necessitate Ministrorum, fatentur Sayr. d. c. 7. n. 38. Avil. d. dub. 8. concl. 2. Ft. Emman. quæst. regul. tom. 2. q. 109. art. 1. & ad hæc reducendus est Villad. de irregular. c. 5. n. 3. licet generalius loquatur.

## ALLEGATIO XII.

Episcopus quæ efficere debeat, ut clerici in minoribus fori privilegio gaudere valeant?

### S U M M A R I U M .

- 1 Clerici in minoribus, si conjugati non sint, jure communi attento fori privilegio gaudebant, tam in civilibus quam in criminalibus, sicut & clerici in majoribus.
- 2 Clerici in minoribus hodierno jure Concilii Trident. quando gaudeant fori privilegio.
- 3 Clerici prima Tonsura, seu minorum Ordinum beneficium habentes gaudent privilegio fori in civilibus, & criminalibus.
- 4 Beneficiatus ad effectum, ut effugiat forum secularre non sufficit probare titulum beneficii, nisi etiam probet illius possessionem.
- 5 Beneficiatus qui propter intrusum non fuit adeptus possessionem, si collatio beneficii sit valida, fori privilegio gaudent.
- 6 Beneficiatus gaudent privilegio fori in civilibus, & criminalibus, etiamsi habitum clericalem, & Tonsuram non deferat.
- 7 Beneficiatus gaudent fori privilegio, etiamsi beneficium sit modici valoris.

- 8 Pensionem habens solitam concedi clericis fori privilegio gaudet.
- 9 Coadjutor positus per Papam, qui est primæ Tonsurae, vel minorum Ordinum, gaudet eodem fori privilegio.
- 10 Capellanus cui capella in perpetuum, vel in titulum fuerit assignata per Papam, aut Episcopum gaudet fori privilegio.
- 11 Praestimonium, vel fratrantiam habens, gaudet eodem fori privilegio.
- 12 Clericus non beneficiatus, sed in prima Tonsura, vel in minoribus tantum Ordinibus constitutus, que habere debet, ut hodie fori privilegio gaudet.
- 13 Licentia danda per Episcopum clericis, ut in certa Ecclesia inserviat ad effectum gaudendi fori privilegio, debet esse expressa, sufficit tamen quod fuerit ore tenus concessa.
- 14 Ecclesia non sufficit inservire ad hunc effectum bis, vel ter, sed requiriur perseverantia saltem pro majori parte temporis.
- 15 Clericus in minoribus ad hoc ut privilegio fori gaudet, debet portare habitum, & Tonsuram tempore capture.
- 16 Index Ecclesiasticus cognoscit, an scilicet habitus in quo fuit reperius suu conveniens. Inventus dicitur, qui fuit inventus, & captus. ibid.
- 17 Clericus qui tempore delicti commissi habitum, & tonsuram non deferebat, si postea reassumpit tempore capture, vel purgationis, fori privilegio gaudet.
- 18 Clericus in minoribus ad hoc, ut fori privilegio gaudeat, debet habitum clericalem, & tonsuram deferre, utrumque simili.
- 19 Monitio tripla non requiritur, ut clericus non incedens in habitu, & tonsura amittat clericale privilegium.
- 20 Clericus portans vestes laicales aliqua rationabili causa, vel captus cum illis, solitus Tonsuram, & clericalem habitum deferre, gaudet fori privilegio.
- 21 Clerici in minoribus attento jure communi fori privilegio gaudebant, etiamsi neque habitum, neque Tonsuram deferrent.
- 22 Ordinatio Regni Lusitanie quid super hoc disponat, ostenditur.
- 23 Clericus enormia committens sine habitu, & tonsuram incedens, non precedente tripla monitione poterat jure communi a judice seculari puniri.
- 24 Iuris communi requirenti predictam triplam monitionem, ut fori privilegium amittatur, derogatum est per Concil. Trident.
- 25 Clerici in minoribus conjugati solum in criminalibus, non autem in civilibus privilegio gaudent.
- 26 Clerici in minoribus conjugati, ut fori privilegio gaudeant, necesse est, quod cum unica & virginine contraxerint, & vestes deferant, & tonsuram.
- 27 Ordin. Reg. Lusitanorum sententia, ut hujusmodi clericis in minoribus conjugati gaudeant fori privilegio requiritur, quod tempore delicti, & captura habitum, & Tonsuram deferant.
- 28 Clericus conjugatus incedens sine habitu, & tonsuram, si pro crimen capiatur, deinde a carcere fugiens habitum, & tonsuram reassummat, an fori privilegio gaudeat.
- 29 Clerici conjugati negotiis secularibus se immiscentes, an fori privilegio gaudeant.
- 30 Clerici in casibus, in quibus privilegio clericali privantur, an possint puniri a judice seculari, nulla precedente degradatione.
- 31 Clerici qui decreto Concil. Trident. fori privilegio privantur, privilegio etiam Canonis an cessantur privati, disputatur.

## 232 De officio, & potestate Episcopi.

- 32 Cognitio, & decisio dubii circa clericatum ad quem judicem pertineant, Ecclesiasticum ne, an seculararem? discutitur.
- 33 Remissio Clerici facienda est sine ejus dedecore, ob reverentiam clericalis dignitatis.
- 34 In flagranti quis deprehendi dicitur quando incarcерандus nec fugere, neque inficiari potuerit.
- 35 Index Ecclesiasticus non tenetur stare processui. & sententia Iudicis secularis in Clerico remisso.
- 36 Clericus conjugatus an ex dispensatione Episcopi capax sit beneficij Ecclesiastici, remisso.
- 37 Novitii sunt Ecclesiastica persona, & privilegio fori gaudent.
- 38 Conversi viri religiosi sunt, & privilegio fori, ac Canonis gaudent.
- 39 Oblati qui se, & sua in totum Religioni tradiderunt, gaudent privilegio fori.
- 40 Deputati auctoritate Pralatis ad aliquod Hospitali erectum auctoritate Ordinarii, gaudent fori privilegio.
- 41 Fratres tertii Ordinis Sancti Francisci, quando gaudeant fori privilegio?
- 42 Eremita, qui nullam profertur Religionem, exempti non sunt à potestate seculari, nec privilegio Canonis gaudent.
- 43 Eremita professionem emittentes, privilegio fori, & Canonis gaudent.
- 44 Pénitentes seculari iudicio sunt subjecti, neque aliquo fori privilegio gaudent.
- 45 Militares Religiosi fori privilegio gaudent, etiam si professi non sint.
- 46 Militares ex Ordinibus Christi Domini, Divi Iacobi, & similibus, an veri Religiosi sint.

**C**LERICI in minoribus, si conjugati non sint attento Jure communi, fori privilegio gaudebant, sicut & Clerici in majoribus, etiam quoad cetera exemptionis privilegia à potestate seculari. Appellatione enim Clericorum ex verbi proprietate continentur etiam Clerici in minoribus. Patet, quia clerus idem est, quod sors, c. cleros, 21. dist. & idem cum omnes Clerici etiam in minoribus in sortem Domini, divināq; ministeria exercenda vocentur, d.c. Cleros, c. perleitis, 21. dist. c. cū secundūm, de præbend. ibi, etiā in minoribus propriè Clericos nuncupari, sequitur eisdem privilegiis, & exemptionibus frui debere, quibus & aliis fruuntur in majoribus, & probat text. in c. 3. de foro com. ibi, aut clericum ullum, si intelligas ampliative ad clericos in Sacris, de quibus immediatè egerat, & insuper consideres universalem affirmativam, quæ in prædictis verbis involvitur, & quæ resultat ex universal negativa, quæ in textu formaliter exprimitur, ex hac enim, nullus judicium secularium, neque Presbyterum, Diaconum, aut Clericum ullum disstringere, aut condemnare presumat, sequitur universalis affirmativa, omnis Clericus, tam in majoribus, quam in minoribus potitur privilegio fori, ne à seculari judge disstringi valeat, aut condemnari; quamvis aliter prædicta verba intelligat Guttier. de juram. confirm. p. 1. c. 17. n. 12. & ita claram est de Jure, Clericos primæ Tonsuræ, vel in minoribus constitutos, tam in civilibus, quam in criminalibus gaudere fori privilegio, & à seculari potestate exemptos esse, ut probant text. in c. Clerici, & in c. cū non ab homine. de judic. & in d.c. 2. de foro comp. cū similib. resolvunt Navar. in man. c. 27. n. 79. Aym. conf. 616. n. 13. l. 4. Suar. de Paz in præt. tom. 2. præl. 2. n. 26. Menoch. de arbitr. casu 246. n. 2. Camill. Borrel. conf. 15. n. 23. Joan. Garcia reg. 9. Th. Valasc. tom. 1. alleg. 10. n. 1. Covat. præt. c. 31. n. 5. in fine, Farin. in præx. crimin. quæst. 8. n. 5. me citato s̄epissimè in loco citato, Castr. Palao in opere moral

tract. 12. quæst. unica, puntū 2. in princip. Perez de Lara de capellan. c. 5. n. 2. novissimè me citato in hoc loco, Torreblanca in Practicab. Iuris spirit. lib. 15. c. 5. n. 19.

Hodie tamen ex decreto Concilii Trident. sess. 23. de reform. c. 6. propter multitudinem forsan Clericorum, hujusmodi Cleriei in minoribus non gaudent fori privilegio, nec in civilibus, nec in criminalibus, nisi beneficium Ecclesiasticum habeant, aut clericalē habitum, & Tonsuram deferentes, alicui Ecclesiæ de mandato Episcopi inserviant, vel in Seminario Clericorum, aut in aliqua schola, vel Universitate de licentia Episcopi, quasi in via ad majores Ordines suscipiendos versentur: consonat apud nos Lusitanos Ordinatio Regia lib. 2. tit. 1. q. 27. & apud Hispanos l. 1. tit. 4. lib. 1. nova recopil. tradunt Salzed. ad Bernard. c. 62. n. 9. Garcia de nobilitate glos. 3. n. 50. Hentiq. in sum. lib. 10. cap. 15. §. 2. & l. 14. c. 49. §. 1. in fine, Suar. de Pace in præxitom. 2. præludio 2. n. 6. & 7. Mort. in emporio Iuris, part. 1. tit. 2. in præludiis, n. 138. Ceval. commun contra commun. q. 496. n. 579. tom. 4. C. Philip. part. 3. §. 1. n. 3. Garcia Mastrillo Sicilia decis. 113. D. Barbos. in l. Titia, num. 36 ff. soluto matrim. Valasc. consult. 131. n. 32. Fr. Emman. quæst. Regularium tom. 2. q. 139. art. 2. Carol. de Grassi de effectibus Cleric. effectu 1. à n. 167. Nicol. Garcia de beneficiis part. 2. c. 2. n. 2. Thom. Valasc. alleg. Iuris tom. 1. alleg. 10. n. 2. & alleg. 14. num. 1. Marc. Anton. Genuens. in præxi Neap. c. 7. Leo in thesauro fori Eccles. part. 1. c. 11. n. 2. & 3. Farin. in præxi crimin. q. 8. n. 5. & à n. 60. Ugolin. de potest. Episcopi c. 12. n. 3. Aloys. Ricc. Neap. decis. 111. part. 4. Molfes. in sum. Theologia moralis, tract. 2. c. 3. n. 17. novissimè Sperell. decis. 26. per tot. Ciarlin. controv. forens. c. 10. à n. 1. Bonac. in g. præcepto Decal. disp. 20. q. 2. punct. 1. §. 4. n. 10. cum seqq. me citato in hoc loco, Torreblanca dict. lib. 15. cap. 5. à n. 2.

Clerici igitur primæ Tonsuræ, seu minorum Ordinum beneficium habentes gaudent privilegio fori in civilibus, & criminalibus, ut probatur ex Concil. Trident. d. cap. 6. & tradunt Mascard. de probation. concl. 302. n. 14. Guttier. præt. lib. 1. q. 7. Mar. Anton. var. lib. 1. resol. 48. n. 22. à Ponte lib. 1. cons. 24. Bobadil. in sua politica, lib. 2. c. 18. n. 102. in glos. lit. E. Diana resol. moral. part. 1. tract. 2. de immunit. resol. 28. Garcia d. cap. 2. num. 3. ubi ampliat, & decissum refert, etiam si clericatui renuntiaverint, Molfes. in sum. lib. 3. num. 17. Durand. in Bullam Cœn. d. Canon. 15. q. 15. num. 64. Thom. Valasc. d. alleg. 10. num. 9.

Et beneficiatus ad effectum, ut effugiat forum secularare, non sufficit probare titulum, beneficii, nisi etiam probet illius possessionem, ut disponit Ordin. Reg. Lusitan. lib. 2. tit. 1. §. 25. & ita resolvunt Clat. in §. finali, q. 35. num. 21. & vers. hec autem, in fine, & vers. Regulariter autem, ubi Bajard. n. 14. Menoch. cons. 350. n. 6. cum seqq. Sigismund. Scacc. de judic. causar. civil. lib. 1. c. 11. n. 82. Mascard. de probat. concl. 302. n. 16. & 17. Farin. d. q. 8. n. 45. & 70. Carol. de Grassi de effectu 1. n. 1187. Card. Thusc. in præt. conclus. lit. B. concl. 78. n. 8. Thom. Valasc. d. allegat. 10. ex. num. 10. me citato in hoc loco, Marchin. desacram. Ordinis p. 2. tract. 1. c. 2. diffic. 3. Castro Palao ubi suprà n. 7. Aloys. Ricc. in præxi fori Ecclesiastici, decis. 388. in 1. edit. & resol. 327. n. 1. in 2. edit. & limitat + ubi collatio beneficii esset valida & propterea beneficiatus non fuit adeptus possessionem, quia movit litera contra intrusum & ita decisum fuisse referunt Marc. Anton. Genuens. in præxi Arch. Neapol. c. 7. num. 6. Flamin. de resignat. lib. 7. q. 1. n. 47. Francisc. Leo in thesauro fori Ecclesiastici. part. 1. c. 11. num. 2. Nicol. Garcia d. c. 2. n. 14. Quamvis contrarium, in col- lationem

lationem beneficii obtinentem, etiamsi possessionem non habeat, privilegio fori gaudere resolvant Mil. in suo repertorio, verb. obtinere dicitur quis beneficium. Flamin. d. q. 1. n. 47. Gig. de pensionib. q. 9. 4. n. 12. Cened. practic. & Canon. questionum lib. 1. q. 4. n. 21. Vilar. del Patronado de Calatayud. 4. p. in princ. n. 10. Diana moral. resol. p. 1. tract. de immun. Eccles. resol. 29. Bonac. d. disp. 10. q. 2. punct. 1. §. 4. n. 13. Quæ quidem opinio potest procedere in incidente in habitu, in quo sufficit collatio beneficii, ut gaudeat privilegio fori, nec opus erit constare de validitate illius, sed satis erit esse coloratam, & apparenter validam, cum non agatur de ea principaliter.

<sup>6</sup> Amplia primò hujusmodi Clericum primæ Tonsu. t. seu Minorum Ordinum Beneficium habentे gaudere privilegio fori in civilibus, etiamsi habitum Clericalem, & Tonsuram non deferat; nam in habente beneficium id non requirit Concilium, sed solù n in insertiente alicui Ecclesiæ, vel in Seminario, aut in schola, vel universitate versante, ut constat ex ipso contextu Concilii, & illa disjunctiva, aut, quæ disjungit. Ita in his terminis resolvunt Clas. §. final. q. 36. n. 16. & 19. Lælius Zecchias de Repub. Ecclesiastica, tit. de Clericis, vers. ad hoc, de Ponte cons. 24. vol. 1. Ft. Eman. in sum. part. 1. c. 155. concl. 2. Salzed. ad Bernard. d. c. 61. n. 9. vers. si tamen, me citato in hoc loco, Castro Palao d. disp. unica, punct. 2. n. 6. Curia Philip. p. 3. §. 4. n. 3. ad finem, Azeved. lib. 1. n. 9. vers. sed si benef. tit. 4. lib. 1. nova recopil. Carol. de Grassis d. effectu 1. n. 1195. cum seqq. Farin. d. q. 8. n. 7. Gonzal. ad regul. 8. Cancellaria, gloss. 5. §. 5. n. 6. Ceval. q. 563. n. 3. Novar. in novo Jure Pontif. concl. 117. n. 6. Squillante de privileg. Cleric. c. 7. dub. 1. n. 23. Diana p. 4. tract. 1. resol. 89. Thom. Valasc. d. alleg. 10. num. 9. Marchin. me citato in hoc loco, de Sacram. Ordinis, tract. 2. part. 1. c. 15. diff. 1. Bonac. in d. 8. præc. Decalog. disp. 10. q. 2. punct. 1. §. 4. n. 11. Bobadil. in sua politica, lib. 1. 2. c. 8. n. 102. lit. E. Cened. d. q. 4. n. 49. Bellet. disquisit. Cleric. part. 1. titul. de favore Clericorum. person. §. 8. n. 7. vers. distinguendo, Garcia d. c. 2. n. 4. ubi n. 5. dicit procedere etiam stante hodie Constit. 30. Sixti V. de habitu, & tonsura, latè multos referens Torreblanca lib. 15. c. 6. à princ. Inveni tamen deci- sum fuisse, Clericos in Minoribus beneficium haben- tes eo ipso privari privilegio fori, si se immisceant enorimitatibus, & seditioni sint, refert Bellet. disquisit. Cler. titul. de favore Cleric. personali, §. 8. n. 7. in fine, p. 1. Et nota quod si tempore commissi delicti erat beneficiatus, proindeque de foro Ecclesiastico, etiamsi postea ducat uxorem, ducta est tractanda coram Judice Ecclesiastico, Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 224. per tot. Squillante de privileg. Cleric. c. 10. n. 38. Bonac. in Bull. Cœna, disp. 1. q. 16 sect. 1. punct. 3. n. 14. Gavant. in enchyrid. Episcop. verb. fori privilegiū, n. 31. Sanch. in opusc. tom. 2. lib. 6. c. 1. dub. 3. num. 1. Diana resol. moral. part. 4. tract. 1. resol. 6. Quicquid contrarium teneat Pereira de manu Regia part. 2. c. 42. num. 8.

<sup>7</sup> Secundò amplia procedere etiamsi beneficium sit modici valoris, quia ad effectum gaudendi fori pri- vilegio sufficit solus titulus absque redditibus. Ita Marc. Anton. Genuensi. d. c. 7. in fine, Aloys. Ricc. in decis. Curia Archiep. Neap. decis. 7. & in praxi fori Eccles. resol. 327. vers. sufficeret tertio. Campanil. in divers. Iuris Canon. rubr. 8. cap. 5. num. 19. Nicol. Garcia de benef. part. 1. c. 6. num. 37. & part. 2. c. 2. n. 3. Carol. de Grassis d. effectu 1. num. 1224. ubi idem resolvit de Clerico habente beneficium sine redditibus, de quo etiam Aloys. Ricc. decis. Curia Archiep. Neap. part. 2. decis. 189. & part. 4. decis. 28. Diana resolut. moral. p. 1. tract. 3. resol. 29. Squill. de priv. Cler. c. 7. num. 17.

Tertiò amplia in habente pensionem solitam con- cedi Clerico, prout resolvunt Salzed. ad Bernard. cap. 67. n. 10. alias 64. incip. Coram secularibus. num. etiam 10. Lassarte de Alcavala, c. 19. 24. Cres. ent. decis. 14. de sent. & re judicata, Vilar. del patronado de Calatayud, p. 4. §. 3. n. 12. Pottell. in tratt. de compe- tencias de las jurisdicciones, quest. 3. n. 20. Fr. Eman. in sum. tom. 1. c. 155. n. 11. Zetol. in praxi Episcop. part. 1. verb. Clericus, §. 2. dub. 2. me citato in hoc loco, Castro Palao d. disp. unic. punct. 2. n. 4. Torreblanca lib. 15. c. 6. n. 10. & pro hac opinione scio sairam Congreg. decidisse obtinentem pensionem haberi pro Clerico beneficiario ad effectum privilegii fori, ut refert Armendar. in addit. ad recop. legum Navarra. l. 2. tit. 19. de foro comp. n. 3. & 7. & vide novissimā ejusdem Cong. decisionem, de qua infrā alleg. 57. n. 151: sequitur etiam novissimè Stephanus Vveymus ad Const. 24. Iuris communis per Concilium Tridentinum, innovatas, Constitut. 9. num. 15. Marchin. me citato dict. tractat. 2. part. 1. cap. 15. diffic. 2. Diana moral. resol. 1. tit. de immun. Eccles. resol. 30. Sed non obstante veriori hac opinione, quam sequitur, alii contra- riām tenent, & receptiōrem affirman, attestantes etiam pro hac parte fuisse decisum, ex quorum Iou- mero sunt Azeved. l. 1. n. 5. vers. sed an pensio, tit. 4. lib. 1. nova recopil. Fiamin. de resignationib. l. 1. q. 11. n. 70. & l. 2. q. 15. n. 15. latè, & eleganter Carol. de Grassis d. effectu 1. n. 1198. cum multis seqq. ubi plura ad- ducit, contrariisque respondet, Gonzales ad reg 8. Cancell. gloss. 5. §. 5. n. 6. Aloys. Ricc. in decis. Curia Archiep. Neapol. part. 2. decis. 71. n. 11. & decis. 192. num. 10. ad fin. Bonac. d. q. 4. num. 10. Nicol. Garcia de benef. p. 1. c. 5. n. 70. Cened. d. q. 4. n. 32. cum seqq. quam intelligem de pensionariis non excedentibus pensionem sexaginta ducatorum auri de Camera, ut in Bulla Sixti V. que incip. Pastoralis, de anno 1580. cum Bellet. in loco infrā citato, §. 8. n. 1. Duard. d. Can. 15. q. 11. n. 64.

Quarto amplia in Coadjutore posito per Papam, qui est prime Tonsuræ, seu Minorum Ordinum. Ita Nicol. Garc de benef. p. 2. c. 5. n. 98. Armendar. ubi proxi- mè, n. 25. Sebast. Cæsar. de Eccles. hierarch. disp. 14. §. 9. n. 8. Squillante de privileg. Cleric. c. 7. n. 21. Castro Palao d. punct. 2. n. 3. in fine, me citato in hoc loco, Torreblanca d. lib. 15. c. 6. num. 6. Squillante d. c. 7. n. 18. Aloys. Ricc. p. 2. decis. 190. num. 10. Diana ubi supra, resol. 31. Castro Palao d. puncto 2. n. 3. vers. secundò.

Quinto amplia in Capellano, cui capella in perpe- tuum, vel in titulum fuerit assignata per Papam, aut Episcopum. Ita Salzed. ad Bernard. cap. 64. incip. Coram secularibus. num. 11. & 12. Armendar. ubi proxi- mè, n. 25. Cened. d. q. 4. num. 37. me citato in hoc loco, Torreblanca d. lib. 15. c. 6. num. 6. Squillante d. c. 7. n. 18. Aloys. Ricc. p. 2. decis. 190. num. 10. Diana ubi supra, resol. 31. Castro Palao d. puncto 2. n. 3. vers. secundò.

Sextò amplia in Clerico habente præstimonium, vel fratantiam, & ita resolvit Aloys. Ricc. d. resolut. 327. vers. sufficeret tertio. Marc. Anton. Genuensi. in d. tract. c. 7. n. 7. me citato in hoc loco, Squillante d. c. 7. n. 19. Diana d. p. 1. tit. de immun. Eccles. resol. 31. me citato in hoc loco, Castro Palao d. punct. 2. n. 3. in prin- cip. Torreblanca d. lib. 15. c. 6. n. 8. Præstimonia enim quæ in titulum perpetuum dantur, & habent anne- xum aliquod obsequium spirituale, beneficia nomi- nantur, Flamin. de resignat. lib. 2. q. 1. n. 123. cum seqq. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 5. §. 2. n. 11. Azor. in- stit. moral. p. 2. lib. 3. cap. 7. q. 1. Nicol. Garcia de benef. p. 1. c. 2. n. 117.

Clericus vero non beneficiatus, sed in prima Ton- sura, vel minoribus Ordinibus tan. n. constitutus, ut fori privilegio gaudere debat, necesse est ut clerica- lem habitum, & Tonsuram deferens, per Episcopum erit alicujus Ecclesiæ deputetur, vel in seminario Clericotum.

clericorum, vel aliqua schola, aut universitate de licentia Episcopi, quasi in via ad maiores Ordines versetur, ut habetur in Concil. Trident. d.c.6. & supra jam innuius num. 2.

**13** Hæc licentia danda per Episcopum clericis, ut ad hunc effectum in Ecclesia inserviat, sufficit quod fuerit oretenus concessa; ita decisum refert Aloys. Ricc. in praxi fori Eccles. decis. 601. in 1. edit. & resol. 525. in 2. edit. me citato in hoc loco, Castro Palao in opere mor. tom. 2. tract. 12. q. unic. punct. 2. n. 8. vers. hoc tamen mandatum, Diana d.p. 1. tract. 2. resol. 34. Debet tamen esse expressa, ut resolvunt Menoch. de præsumpt. lib. 6. pref. 76. n. 41. Cened. Canon. l. 1. q. 4. n. 24. & 26. Marchin. d. c. 16. difficul. 7. non verò requiritur specialis Episcopi affixatio ad certum ministerium in Ecclesia obeundum, sed sufficit generalis, ut contra Pereiram de manu Regia, p. 2. c. 26. n. 7. tenent Diana part. 4. tract. 1. resol. 2. in princ. me citato in hoc loco, Castro Palao d.n. 8. in fine.

**14** Non sufficit verò quod tonsuratus virtute prædictæ licentiae sit, vel ter inserviat Ecclesiæ, quia verba Concilij d.c.6. ibi, alicui Ecclesia inserviat, sunt significantia actum perseverativum, quo requiritur frequentia, & perseverantia in servitii præstatione, Bonac. d. §. 4. num. 14. Cened. d. quæst. 4. n. 15. Carol. de Grassis d. effectu 1. n. 1183. me citato in hoc loco, Castr. Palao d. n. 8. in princ. Non verò omni tempore, sed pro majori parte ipsius, quia verba Concilii non sunt intelligenda ita litteraliter, & rigidè. Ita Capibl. in tract. de officio Baron. prag. 8. p. 3. num. 30. Steph. Gratian. discept. forens. tom. 3. c. 440. n. 6. Aloys. Ricc. p. 4. decis. 154. Diana moral. resol. p. 1. tract. 2. resol. 34. vers. notandum est. Quare si aliquo impedimento necessario interpellatum fuerit hujusmodi servitium, non propterea diceretur privilegio fori carere, prout decisum refert Galet. in margarita casuū conscientie, verb. Clericus, pag. 42. col. 2. Et hujusmodi servitium debet præstari de præsenti, cum Concil. d. cap. 6. loquatur per verba temporis præsentis, ibi, inserviat. & ibi, versetur, Menoch. conf. 912. n. 27. Carol. de Grassis d. effectu 1. n. 1179. ubi n. 1177. resolvit quod hujusmodi servitium debet omnino consistere in spirituallibus, & non sufficere in temporalibus: & num. 1170. tenet non sufficere, si servitium præstetur alteri Ecclesiæ, quam illi in qua mandavit Episcopus, quod etiam resolvit Bonacina in Bullam Cœna, disp. 1. q. 16. l. 1. sect. 1. punct. 5. n. 34. & d. §. 4. n. 21. Sed contrarium immò sufficere quod clericus inserviat in Divinis, etiam alteri Ecclesiæ quam illi, cui fuit per Episcopum adscriptus, tenent Novar. de Iure Pontif. titul. de foro compet. concl. 6. alias 92. n. 5. Anton. de Marinis quorid. qq. c. 5. 8. n. 12. Marius Anton. var. resol. lib. 3. resol. 48. & Aloys. Ricc. in decis. Curie Archiep. Neapol. decis. 111. n. 5. & decis. 154. n. 2. part. 4. Ricciul. de jure person. lib. 2. c. 6. n. 15. Squillante d. c. 7. n. 13. & 14. Diana resolut. moral. p. 1. tract. 2. resol. 34. quorum opinio in hac ultima impressione magis placet, prout diximus de jure Eccles. lib. 1. c. 39. §. 2. à n. 34. & refert me citato in utroque loco, idem Diana part. 4. tract. 1. resol. 2.

**15** Requiritur igitur, quod clericus in minoribus habitum, & Tonsuram deferat, nec sufficit semel, aut bis deferre (debet enim esse actus successivus, & frequentativus) ex dictis per Menoch. de præsumpt. 1. 6. pref. 78. n. 38. vers. requirit plura copulativè Concil. Carol. de Grassis d. effectu 1. num. 183. vers. sic pariter est dicendum, Farin. d. quæst. 8. n. 68. Aloys. Ricc. in praxi aurea, resol. 172. concl. 2. Bonac. d. §. 4. à n. 15. Et ideo si delinqnat, requiritur ut habitum, & Tonsuram prædicto tempore capturæ portet, ut disponit Ordinatio Regia Lusitanorum lib. 2. tit. 1. §. 27. ibi, E for achado en habito, è tonsura: notant Gomez

tom. 3. variarum, cap. 10. num. 5. Barbosa in l. Titia, n. 3. vers. secunda principalis conclusio, & vers. ex quo infertur, ff. soluto matrim. Sanchez de matrim. lib. 7. disp. 46. n. 10. Steph. Gratian. discept. forens. cap. 190. num. 10.

Si controversia fuerit orta super probatione habitus clericalis, an scilicet ille in quo fuit repertus, sit conveniens, tunc judex Ecclesiasticus debet cognoscere, ut firmant Stephan. Gratian. d. cap. 190. num. 13. Farin. in praxi criminali, q. 8. n. 34. Cavalc. decis. 10. num. 12. cum seqq. & decis. 21. num. 18. & 21. part. 5. Cened. d. q. 40. n. 32. Zerol. in praxi Episcop. part. 1. verb. Clericus, num. 3. Layman. in Theolog. moral. lib. 4. tract. 9. c. 7. n. 6. Diana resol. moral. p. 1. tract. 2. resol. 27. latius infra num. 53. Bonacina d. §. 4. num. 19. late & eleganter Mar. Antonin. var. resol. lib. 3. resol. 48. n. 1. & 2. refert decisum Armendar. d. l. 1. de iuso comp. n. 2. in fine.

Hæc suprà relata procedunt dato casu, quod hujusmodi clericus captus sit, quia tunc ad hoc, ut fori privilegio gaudeat, debet esse inventus, & captus in habitu, & tonsura, & licet Ordinatio nostra d. §. 17. loquatur solum per verbum, inventus, ibi, fori achado, intelligitur de invento, & captivo; quia ille dicitur inventus, qui fuit inventus, & captus, ut probat text. in l. si Barsatorem, C. de fidejns. & mandator. cum latè resolutis per Viv. tom. 1. com. opin. lib. 1. tit. 17. n. 218. pag. 229. Mex. in tract. taxa panis, concl. 1. num. 31. cum seqq. Guttier. Canon. lib. 5. c. 12. num. 9. cum seq. Thom. Valasc. allegat. Iuris tom. 1. allegat. 14. n. 10. & 11.

Quando tamen Clericus non captus, sed tempore delicti commissi habitum, & Tonsuram non deferebat, sed eam postea reassumpsit, eum fori privilegio gaudere resolvunt Ciarl. d. quæst. 3. 6. vers. sed hic quo-ro, Farin. d. quæst. 8. num. 66. vers. item quid, Mar. Anton. d. resol. 39. num. 8. Thom. Valasc. alleg. 44. n. 5. ubi contrarium firmat de Jure Lusitano, ut infra ostenditur num. 28. Si verò captus sit, & eo tempore Tonsuram, & vestes clericales non deferebat, tunc inquirendum est, an illas detulerat tempore delicti commissi, & hoc sufficit, ut fori privilegio gaudeat, sicut resolvunt Sanchez, & plures ab eo citati de matrim. lib. 7. disp. 46. num. 10. Mar. Antonin. var. resolu-tion. l. 3. resol. 48. num. 7. Diana moral. resol. part. 1. tract. 2. de immunitate Eccles. resol. 32. vers. notandum est etiam.

In tantum verum est clericum in minoribus, ad hoc ut privilegio fori gaudeat, teneri habitum clericalem, & Tonsuram deferre, ut non sufficiat gestatio habitus, vel coronæ, sed utrumque necessarium sit, ex regula l. hac verba 124. ff. de verbis significat. docent Bellet. disquisit. Cleric. p. 1. tit. de favore Cleric. person. §. 8. n. 7. me Citato Castro Palao d. punto 2. n. 7. D. Barbosa in l. Titia, n. 35. vers. ultima concl. Aloys. Ricc. d. Neapolit. decis. 154. p. 4. Armendar. d. loco. n. 13. Aloys. Ricc. tom. 4. decis. 154. & Gavant. in engrid. Episcop. verb. fori privilegium, n. 8. Quicquid dicant Mar. Antonin. var. lib. 3. resol. 48. n. 9. & 10. Diana part. 4. tract. 1. resol. 93. & part. 1. tract. 1. resolu-tion. 32. itaut si hujusmodi clerici vel habitum clericalem, vel tonsuram dimittant, privilegium fori amittant, etiamsi prius eos Episcopus non admoneat, ut h. bitum, Tonsuramve sumat; tria enim monitio ad effectum ut clericus non incedens in habitu, & Tonsura amittat clericale privilegium, attenta dispo-sitione Concil. dict. c. 6. necessaria non est, prout te-nent Cuch. in iustit. major. l. 2. tit. 6. de privileg. Cleric. n. 60. Lælius Zechius de Republica Ecclesiast. tit. de Clericis, num. 6. vers. amittitur autem, Navar. confil. final. num. 6. de privileg. Stephan. Gratian. discept. fo-rens. cap. 190. num. 11. vers. licet, & cap. 440. num. 7. Giurba

Giurba cons. 41. n. 28. Alderan. Masard. de statut. interpr. concl. 1. num. 108. Bellot. disquisition. Clerical. person. § 8. num. 6. vers. propterea, novissimè Ciarlin. controversial. forens. c. 20. n. 3. & cap. 36. num. 49. Diana d. p. 1. tract. 2. resol. 33. & ita plures fuisse decisum testantur Marius Antonin. d. resol. 48. num. 7. Aloys. in praxi fori Ecclesiastici, decif. 606. in 1. edit. & resolut. 530. num. 4. in 2. edit. Ugolin. de potestate Episcopi, cap. 12. num. 3. vers. 3. ubi limitat † in Ecclesiastico portante vestes laicales aliqua rationabili causa, sicut etiam limitarem in clero etiam capto sine habitu, & Tonsura, solito illam deferre, quia tunc sibi privilegio gaudere decisum referunt, & resolvunt Mar. Anton. d. loco, n. 7. Carol. de Grassis d. effe-  
ctu 1. numer. 910. Tapia in constit. Regni de personis, n. 37. Donat. Anton. de Marinis resolut. quotid. c. 50. num. 3. Diana resol. moral. part. 1. tract. 3 resol. 23. & part. 4. tract. 1. resol. 18. Nam sola perseverantia incedendi in habitu laicali, ut publicè existimet laicus, privilegium clericale amittere facit, ex resolutis per Farin. d. q. 8. n. 66. Prosp. de Augustino in additionib. ad Quarant. in sum. Bullar. verb. habitus Clericorum; limit. 3.

11 Licet jure communi attento Clerici solati in minoribus fori privilegio gaudent, etiamsi neque habitum deferant, neque Tonsuram, D. Barbosa in d. l. Titia, n. 35. vers. & idem, & nunc attento Concil. Trident. d. cap. 9. constitutum sit, ut in minoribus constituti fori privilegio non gaudeant, nisi beneficium habeant Ecclesiasticum, aut clericalem habitum, & Tonsuram deferentes, alicui Ecclesiæ de mandato Episcopi inserviant, &c. ut supra hac ead. alleg. n. 1. & 2. ostendimus; nihilominus quoad nostros Lusitanos sciendum est plus disponere Tridentinum, quam concedebat Pii II. Constitutio Regibus Portugaliæ, à temporibus Alphonsi V. quod scilicet clericis in minoribus non beneficiati, si non gestarent habitum, & Tonsuram, à sæculari iudice capi, & puniri possent; similesque concessiones Hispaniæ, & Galliæ Regibus ab Alexandro VI. & Leone X. factas refert D. Barbosa num. 35. ad finem, quibus jam hodie non suffragantibus, secundum Concilii decisionem judicandum est, cum in ultimis verbis d. c. 6. abrogentur omnes consuetudines, & privilegia in contrarium, ut advertit Thom. Valasc. allegat. 11. n. 5. & 11. & innunt Bobadil. in sua politica lib. 2. c. 19. à n. 15. & Suarez adversus Anglicana secta errores lib. 4. c. 27. num. 12.

12 Sic etiam licet attento Iure Comuni clericus incedens sine habitu, & Tonsura non esset clericali privilegio privandus, nisi ter monitus fuisse, cap. fin. de vita, & honest. Cleric. cap. in audience, cap. continet 2. de sentent. excomm. attamen post Concilium Tridentinum sess. 23. de reform. cap. 6. propter dict. nisi, quæ excipit, juxta l. actione, C. de action. nihilominus si non incedat clericus in habitu, & Tonsura, ut privetur, non requiritur alia monitio, ex Bellot. disquisit. Clerical. part. 1. tit. de favore Cleric. pers. § 8. num. 6. Thom. Valasc. alleg. 14. n. 15. Marchin. d. tr. 2. part. 1. c. 25. diff. 5. Bonacina à § 4. n. 16. & supra dixi n. 19.

13 Clericus verò enormia criminis committens, sine habitu, & Tonsura incedens, de Jure communi poterat à Judice sæculari, non praecedente trina monitione puniri, ex text. in c. ex parte, il 2. in ordin. 27. de pri- vil. post Abb. Roland. Foller. & Clarum, communem dicit Farin. d. § 8. num. 96. ac de ea testantur Decian. tract. crimin. tom. 1. lib. 4. c. 9. num. 90. Covar. tract. c. 32. n. 2. vers. 3. Clar. d. q. 36 vers. quinto modo, Marius Antonin. de resol. 48. n. 6. vers. limitata 2. Aloys. Ricc. in praxi aurea, resol. 172. n. 2. me citato in hoc loco, Torrebl. d. lib. 15. c. 5. n. 33. adducentes etiam text. in

c. 1. de apostat. ibi, relieto ordine Clericali, & habitu juncto fine, ibi, per censuram Ecclesiastici non precepimus liberari, id est, non juvari beneficio Canonis excommunicationem statuentis contra eos, qui violentas manus in Clericos injiciunt, sed potius eo non obstante capi posse à judge laico, omnique privilegio clericali privari, ut interpretantur ibi omnes, atque Bernard. in pract. c. 111. & melius ad nostrum propositum ex eodem textu communem esse, ac consuetudine receptam, post alios, quos refert, facettir Salzed. in addit. ad eundem Bernard. c. 139. lit. B, qui omnes, & præcipue Farin. hanc differentiam inter istum casum, & alium de clero deprehenso in crimine non enormi sine habitu, & Tonsura, notant interesse; nam quando crimen enorme non est, tria requiritur monitio, ut clericus, qui monitus habitum, & Tonsuram non reassumit, amittat privilegium clericale. At vero quando crimen enorme est, absque ulla monitione amittit privilegium, ex text. quem sic interpretantur in cap. Perpendamus, de sent. excom. Intelligent præterea hanc sententiam procedere, ubi clericus non ullum, sed plura commisit criminia, ita ut quasi invenatur in illis perseveret, extenderent omnia Jura in hac materia loqui in numero plurali. Ex quibus ita esse intelligenda juxta mentem Doctorum, quos latè referunt, comprobant Farin. d. quest. 8. num. 55. Caball. resolut. criminal. casu 60. num. 17. Alexand. de Nevo cons. 59. num. 21. & 22. Bellet. dict. titul. de favore Clericorum personali, § 7. num. 3. vers. secundum.

Sed supradicta communis sententia nimis pura videtur, & contra eam tenent Covar. d. vers. 3. Salzed. d. lit. B. Capic. decif. 161. n. 2. Boëc. decif. 69. n. 17. Bellot. disquisit. Cler. p. 1. tit. de favore Clericorum personali, § 7. n. 3. ex eo, quia nullibi expressum reperitur, quod non praecedente tria monitione, & non data incorrigibilitate, privetur clericus privilegio fori, ut à judge sæculari valeat carcerari: imò videtur expressus in contrarium ordo scriptus à Pontifice in cap. cùm non ab homine, de judic. & fundamentis quibus communis nititur, benè respondent Covar. & Salzed. dicitur locis, ad proxim tamen, quam solum intendimus demonstrare, satis sit, pro comperto haberi Juri communi ( saltem, ut non requiratur tria monitio) per Concil. Tridentin. fuisse derogatum, ut diximus, & ita plures fuisse decisum refert Mar. Antonin. d. resol. 48. n. 17.

Quoad clericos in minoribus conjugatos Concil. Trident. dict. sess. 23. c. 6. jubet observari Constitutionem Bonifacii VIII. in cap. unico, de Clericis conjugatis, lib. 6. ubi statuitur, quod si clericus conjugatus cum unica, & virgine defera habitum, & Tonsuram clericalem, gaudet privilegio clericali. Burg. de Paz cons. 22. n. 1. Garc. de nobilit. glos. 9. num. 50. Decian. in tract. crimin. tom. 1. lib. 4. c. 9. num. 40. Cur. Philip. part. 3. n. 7. Suar. de Paz in pract. tom. 5. c. 22. num. 6. Sanchez de matrim. lib. 7. disp. 46. n. 1. Ciarlin. controversial. forens. lib. 1. c. 53. n. 10. cum seqq. Farin. in pract. crimin. part. 1. quest. 8. num. 8. Aloys. Ricc. in pract. aurea, res. 172. in princ. l. Hispan. 3. 5. tit. 5. p. 5. Ordin. Regia Lusitan. lib. 2. tit. 1. § 27. Tridentinum autem statuit d. loco, & exigit, ut hujusmodi clericis alicuius Ecclesiæ servitio, vel ministerio ab Episcopo deputati, eidem Ecclesiæ serviant, vel ministrarent, & clericali habitu, & Tonsura utantur, novissimè materiam prosequitur Steph. Vveyins ad Constit. 25. Iuris communis per Concil. Trident. innovatas, Constitut. 9. super textum in d. c. unic. & Concil. Trid. in d. c. 6. latè Camill. Borrel. in sum. decif. tom. 1. tit. 8. Marta de jurisdic. p. 2 c. 32. num. 29. Quæ quidem Constitutione Bonifacii VIII. in d. c. unic. privilegium hoc multis modis restrinxit.

Primo, ut eo gaudeant clerici conjugati solum in criminalibus, non ita in civilibus, ut constat ex eodem text. ibi, pro commissis ab eo excessibus, vel delictis, juncto fine, ibi, in ceteris autem eos gaudere nolumus privilegio, &c. Farin. d. q. 8. n. 6. Azev. l. 2. tit. 4. lib. 1. Recop. Cened. dict. lib. 1. q. 4. n. 18. & 19. Ludov. Correa in repet. c. inter alia, de immun. Ecclesiast. part. 2. n. 32. Paul. Layman. in Theolog. moral. lib. 4. tract. 9. c. 8. n. 5. Donat. Anton. de Marin. quotid. resol. c. 58. Gabr. Pereira de manu Reg. p. 2. c. 26. n. 10. Thom. Valasc. tom. 1. alleg. 39. n. 4. & alleg. 43. n. 1. Ratio autem justissima fuit, propter multitudinem clericorum prima Tonsura, & minoribus Ordinibus initiatorum, qui si privilegio fori gauderent, maxima ex parte minueretur Principum facultatum jurisdictione, explicat latissime confirmans Covar. d. c. 31. n. 6. & alij, de quibus Farin. d. q. 8. n. 7. Neque obstat argumentum, quo contrariam sententiam, quod scilicet in civilibus eo gaudeant privilegio, impugnat Lapus, & alii, de quibus proximè citari, & in d. tract. de jure Eccles. lib. 1. c. 39. §. 2. n. 38. & novissime Aloys. Ricc. in decis. Curia Archiep. Neapol. decis. 320. p. 4. Marcel. Vulpe in praxi, c. 40. n. 7. ex verbis text. in d. c. unico, ibi, criminaliter: nam debet intelligi secundum eosdem de criminibus intentatis criminaliter, aut civiliter, juxta praecedentia verba, ibi, pro commissis ab eis excessibus, &c.

Quamvis supradicta haec nostra sententia procedat attento Juris communis rigore; nihilominus tamen hodie post Concil. Trid. d. sess. 23. de reform. c. 6. videtur probabile clericos conjugatos habentes necessaria requisita gaudere simpliciter privilegio fori, tam in causis criminalibus, quam in causis civilibus, & pecuniariis: nam hanc partem sequitur etiam communis Doctorum in Jure nostro multæ auctoritatis, videlicet Lap. alleg. 40. n. 1. & alleg. 118. n. 2. ubi Mandos. in addit. lit. A. Burg. de Paz cons. 22. per tot. Joan. Garc. d. glos. 9. n. 90. Marta de Jurisd. 4. p. casu 153. n. 1. & 15. Carol. de Grassi de effect. clerical. effectu 1. n. 81. Duard. in Bullam Cœn. §. 15. q. 4. à n. 121. Ciarlin. d. lib. 1. c. 53. n. 84. idem Aloys. Ricc. p. 3. decis. 170. n. 1. Squillante de privileg. cleric. cap. 7. dub. 2. n. 27. Diana p. 4. tract. 2. resol. 78. & antea, p. 1. tract. 2. resol. 50. me citato in hoc loco, Castr. Palao d. p. 2. n. 2. vers. de tertia. Quorum sententia sequuta fuit sacra Cong. controversiis jurisdictionalibus proposita in una Regio. 17. Junij 1631. sequenti declaratione. Sacra Cong. Eminentis. Card. Iurisdict. controversiis propositorum censuit Oratore gaudere debere privilegio fori, etiam in causis civilibus, si habet requisita, c. unic. de cleric. conjugal. l. 6. Unde de mandato ejusdem sacra Cong. eodem die Eminentis. D. Card. Gippsius scripsit litteras Reverend. D. Paulo Coccapanio, tunc Episcopo Regio. quibus id idem ei enuntiabatur, quarum tenore refert Ciarl. d. c. 53. n. 38. per haec verba: Illustre. & molto Reverendo Monsignore come fratello. Sé il clericò conjugato Giacomo Gian Masetti dalla Mirandolla ha tutti li requisiti di clericò conjugato espressi da sacri Canoni, sciza dubio egli deve poder godere il privilegio del fuero in tutte le sue cause, ancorche civile, conforme l'opinione di questa sacra Congregatione. sopra le cōtroversie giurisdictionale, che he quanto accorderid à S. V. in quello particolare, alla quala mi offerò, è prego ogni prosperità. Roma 17. di Giugno 1631. Di V. S. come fratello. Il Card. Gessi. Francesco Paulucci Secretario. Extrà, Al Illustre & multo Reverendo Monsignore como fratello il Vescovo di Regio.

26 Secundò restringitur dictum privilegium ad clericos, qui cum unica, & virgine contrixerint, quod etiam disponit Ordinatio Regia Lusitanorum, lib. 2. tit. 1. §. 27. & apud Hispan. l. 35. tit. 5. part. 1. & notant Anton. Gomez. tom. 3. variar. c. 10. num. 2. Alphonsus

Alvarez in speculo juris Pontif. c. 35. vers. si vero Cle-  
ricus, Curia Philip. p. 3. §. 1. num. 6. Farin. d. quest. 8.  
n. 8. Sanch. de matr. l. 7. disp. 46. n. 1. Carol. de Grassi  
d. effectu 1. n. 8. Steph. Vveyms ad d. constit. 9. n. 18.  
Ciarlin. forens. controv. lib. 1. cap. 53. n. 12. novissime  
Marcel. Vulpe in praxi Iudic. fori Eccles. c. 40. num. 1.  
Camill. Borrell. in sum. omniū decisionum, tom. 1. sit. 8.  
de Clericis conjug. n. 24. ubi ampliat etiam postea  
ipsa adulteriū committat. Quoad hanc materiam re-  
putabitur virgo ea, quam prius hujusmodi clerici co-  
jugati defloraverunt, nec fuit ab alio cognita, nisi ab  
eo ipso, quoniam non divisit carnem suam in plures,  
& est unus unius, & illa est unica unius. Ita Nav. in  
man. c. 27. n. 195. Clar. in pract. §. fin. q. 36. vers. quero  
an Clericus. Farin. d. q. 8. n. 8. Sanchez d. lib. 7. disp. 46.  
n. 3. & disp. 84. n. 13. Thom. Valasc. tom. 1. alleg. 41.  
num. 3. & 4. leg. Hisp. 35. tit. 5. part. 1. ibi, fuerat si  
el mismo la habiere antes virgen. Reputabitur quo-  
que virgo quoad propositum vidua relicta ab alio,  
non tamen ab eo cognita, utpote quia propter viri  
impotentiam fuit matrimonium dissolutum, vel quia  
primus vir mortuus est antequam carnaliter illam  
cognovisset. Ita Decian. d. l. 4. c. 9. n. 135. Sanch. d. disp.  
83. n. 4. Thom. Valasc. d. alleg. 41. n. 6. In dubio au-  
tem, nisi aliud probetur, præsumitur virgo ea, cum  
qua quis contrahit, quoniam mulieres omnes na-  
cuntur cum habitu virginitatis, & in eo durare præ-  
sumuntur quoisque deflorentur, Covar. pract. 1. 3.  
n. 7. vers. septimo. Fulv. Pacian. de probat. l. 2. c. 1. n. 3.  
Farin. d. q. 8. n. 8. ubi subdit quod etiam præsumunt  
unicum matrimonium, refert Thom. Valasc. d. alleg.  
41. n. 2. Ciarlin. d. c. 53. n. 14. Duard. in Bullam Cœn.  
Domini, lib. 2. can. 15. q. 4. n. 2.

Tertiò restringitur privilegium d. c. unici, ut tun-  
dem eo fruantur conjugati, si vestes deferant, &  
Tonsuram, explicant Covar. Suar. Bobadil. Barbo. a  
n. 33. Carol. de Grassi d. effect. n. 84. latè Farin. à n. 64.  
d. locis, Scacc. in tract. de judic. p. 1. c. 11. n. 20. & 81.  
Thom. Valasc. alleg. 44. à princ. benè Ciarlin. d. c. 53.  
ubi quod non sufficit quælibet habitus dimissio, nifi  
sit continuata, Marcel. Vulpe citato loco, Steph.  
Vveyms d. constit. 9. n. 5.

Dubitari tamen potest, an hujusmodi Clerici con-  
jugati, si sine habitu, & Tonsura incidentes deli-  
ctum committant, & habitum, ac Tonsuram polta  
reassumant, privilegium retineant clericale? In qua  
quæstione communis sententia tenet hujusmodi cle-  
ricum privilegium retinere clericale, ut notant ex  
textu, juncta glos. verb. quamdiu, in Clem. 1. de vita, &  
honest. Clericor. recepta ex multis, de quibus Covar.  
d. c. 31. num. 7. D. Barbos. n. 33. vers. quinimò, Farin.  
num. 66. d. locis. Marta de Jurisdict. part. 2. cap. 32.  
n. 41. Diana d. part. 1. tract. 2. resol. 79. Thom. Valasc.  
alleg. 43. à num. 3. ubi post alios relavit, quod si vir-  
cum virgine, & unica contraxerit nuptias de præsen-  
ti, habitumque & Tonsuram deposuerit, & ea mortua-  
eum, & illam realsumat, recuperabit privilegia Cle-  
ricis concessa initatis prima Tonsura, vel in minori-  
bus Ordinibus constitutis, & Armendar. d. loco n. 13.  
Ciarlin. d. c. 53. num. 21. alios ex antiquioribus re-  
fert Carol. de Grassi de effectibus Cleric. effectu 1. n.  
84. Sicut etiam privilegio gaudere dicendum est, quam-  
vis per aliquod tempus ante, vel post delictum ha-  
bitum, & Tonsuram dimiserint; si tamen utroque  
illo tempore, & delicti, & capturæ in eo reperiatur.  
Ita ex mente text. in d. cap. unico, & ex Alex. Hipp.  
& Claro in d. §. final. quest. 36. n. 15. magis receptum  
ex Ordin. Lusit. lib. 2. tit. 1. §. 15. concludit D. Barbosa  
d. l. Titia. n. 33. vers. & per contrarium, & post eum  
Thom. Valasc. d. alleg. 44. n. 4. Ratio videretur esse,  
quia Jure communī, ac etiam Regio Lusitanorum,  
quod Pontificum auctoritate firmatū innuimus sup.  
num. 22.

num. 22. habitus, & Tonsura illis duobus tantum temporibus requiritur, nec in aliqua Juris parte eatum reperitur, ut propter dimissum habitum, & Tonsuram statim privilegium amittatur, ut constat ex supradictis. At de Jure communi verius est quod su-  
prà diximus n. 28.

Quæstio non leviter controversa est in hac mate-  
ria, utrum scilicet si clericus conjugatus pro crimine  
capiatur incedens sine habitu, & Tonsura, & deinde  
de carcere fugiens habitum, & Tonsuram reassu-  
mat, & in ea iterum capiat, gaudere possit privi-  
legio clericali, ita ut prima captura, an vero poste-  
rior sit attendenda? In qua quæstione, quod privile-  
gio non gaudeat, non tard decidi testatur Cabed.  
par. 1. decis. 5 8. n. 8. afferens pro hac parte esse ex-  
pressum text. in d. cap. ex parte, de privil. du. n probat  
clericos deprehensos in criminis sine habitu, & tonsu-  
ra, à seculari potestate puniri posse, licet postea  
eam reassumant; quem etiam ad hoc propositum  
adducit Marta de jurisdic. p. 3. cap. 32. num. 41. aliá-  
que tradit Bellet d. § 8. à n. 12. Sed parum facit, si ad-  
vertas non agere textum de clericis conjugatis, &  
deinde attento tempore, & jure Decretalium, tam  
illos, quā n solutos, non amittere privilegium ante  
trinam monitionem: sicut etiam attento Iure com-  
muni non concludit ratio, quam ex Imola adducit  
idem Cabed. & ex plurim auctoritate probat Farin.  
d. quæst. 8. num. 66. vers. dummodo tamen, quod scilicet  
per capturam præventa videtur jurisdictione, &  
per præventionem secularis factus est competens,  
unde reassumptio Tonsuræ censetur facta in frau-  
dem jurisdictionis secularis. Nam stāndo in Iure  
communi, dimissio habitū satis non erat, ut iudex  
secularis contra clericum fiat competens, non præ-  
missa prædicta trina monitione; & consequenter  
cum omnino sit incompetens, non potest Ecclesiastici  
prævenire, ex his quæ notantur in cap. propo-  
siti, de foro comp. maximè quia aufugiens dedit se  
in naturalem libertatem, ad d. per primam captu-  
ram non possit dici facta præventio: unde hanc Ca-  
bedi decisionem reprobat Thom. Valasc. tom. 1. alleg.  
46. per tot.

Addunt multi ad hoc, ut clerici conjugati gau-  
deant privilegio clericali, requiri quod nullatenus ne-  
gotiis secularibus se immisceant, quia his se immis-  
centes eo redduntur indigni, juxta text. in cap. Ioan-  
nes, in fine, de clericis conjung. Ita Ioannes Andr. &  
infiniti, quos refert Sanchez d. disp. 46. n. 25. se-  
quuntur Thom. Valasc. alleg. 44. num. 13. Camil. de  
Curte in diversorio, seu comprehensorio juris feud. p.  
2. cap. 2. n. 83. circa finem, Camil. Borel. ad Bellug.  
in speculo Principum rub. 11. §. videamus, n. 1. lit. A,  
vers. & tunc demum. Scacc. in tract. de judic. part. 1.  
cap. 1. num. 20. vers. tertio. Sed melius contrarium  
probant Covarruv. pract. cap. 31. num. 8. vers. 6. plu-  
reque alii, quos refert, & sequitur Sanchez. d. disp. 46.  
num. 26. me citato in hoc loco. Ciarlin. dict. cap. 53:  
num. 27. optima quidem ratione, quia hujusmodi cle-  
ricis conjugatis licita est negotiatio honesta victus  
causa, ut bene probat textus d. cap. Joannes, in fine,  
& consequenter privilegio à Iure concessio privari  
non debent, ex eo quod licitam, honestam, & ne-  
cessariam, secundum suæ personæ qualitatem, exer-  
cent negotiationem, Carol. de Grassis d. effectu 1.  
num. 87.

Utrum in illis casibus, in quibus clerici in mino-  
ribus privantur privilegio clericali, puniri possint à  
iudice seculari, nulla præcedente degradatione, de qua  
in cap. 2. de paenit. in 6. Vide Covar. pract. cap. 32. n. 6.  
Farin. d. 9. 8. n. 57. Thom. Valasc. alleg. 5 1. per totam,  
affirmative respondentes, quod sine degradatione,  
ex recepta consuetudine, à seculari iudice puniri  
Barbos. de Episcop. Pars II.

possunt, prævia tamen declaratioñé sui Ordinarii  
amissionis privilegiorum, ut ex infà dicendis ap-  
parebit me citato in hoc loco, novissime Torreblanca  
in practicab. Iuris spirit. lib. 15. cap. 4. n. 11. & c. 9.  
n. 17.

An autem clerici, qui in prædicti Concilii Tri-  
dent. decreto fori privilegio privantur, privilegio  
etiam Canonis intelligantur privati? In qua quæstio-  
ne negativam patrem tenent, & secundum illam deci-  
sum fuisse testantur. Bellet disquisit. clerical. p. 1. tit.  
de favore cleric. pers. § 8. n. 19. Gonzal. ad Reg. 8. Can-  
cell. glos. 5. n. 7. Nicol. Garcia de benef. part. 2. c. 2.  
n. 20. Aloys. Ricc. in praxi fori Eccles. decis. 607.  
in 1. edit. & resol. 5. 1. n. 7. in 2. edit. Molfes. in sum-  
ma Theologie moralis, tratt. 2. c. 3. n. 18. me citato in  
hoc loco, Torreblanca d. lib. 15. c. 6. n. 6. n. 22. contra  
Felician. de censib. lib. 2. cap. ultimo, n. 14. Sic etiam cle-  
ricus primæ Tonsuræ, etiam si non gaudeat fori pri-  
vilegio gaudere tamen potest privilegio cap. Odoar-  
dus. de solution. ut resolvit Galletus in margarita ca-  
suum conscientiæ verb. clericus, pag. 40. col. 2. & refe-  
runt decisum Armendar. in addit. ad recop. leg. Na-  
varra, lib. 2. tit. 19. de foro compet. n. 2. pag. 93. & Mol-  
fes loco pridem citato. Marchin. d. tratt. 2. part. 1. c. 15.  
diffic. 8. me citato in hoc loco, Torreblanca d. lib. 15.  
cap. 6. n. 11.

Quæstio denique in hac materia controversa, dif-  
fícilis, & quotidiana est, ad quem scilicet iudicem,  
Ecclesiasticum, an seculare pertineat cognitio,  
& decisio dubii circa clericatum, quando scilicet de-  
prehensus in criminis à seculari iudice clericum se  
esse dicit, & ad iudicem Ecclesiasticum remitti petit?  
vel si dubium sit, an habitum, & Tonsuram deferat,  
ceteraque habeat qualitates necessarias, ut privile-  
gio clericali gaudere debeat? In quo dubio eam de-  
fendi semper sententiam, ad Ecclesiasticum iudicem  
pertinere cognitionem hujusmodi, per expressum  
text. in cap. si iudex laicus, de sentent. excommunic.  
lib. 6. ubi reddit rationem Summus Pontifex, quia  
de re spirituali, & Ecclesiastica agitur, de spiritualibus  
autem nulla ratione laicos cognoscere possit generalis  
est Iuris regula constituta in cap. 2. de iudicis, cum  
vulgaribus, atque ita nostram hanc sententiam fit-  
mant, at latè probant post antiquiores Covarruv.  
pract. cap. 33. n. 1. & post Ripam Silzed. ad Bernard.  
c. 61. n. 14. Navar. in cap. novit. de judic. not ab. 66. n. 4:  
Marc. Anton. Genuens. in pract. N. apol. cap. 38 n. 5.  
in fine. Molin. de justitia tract. 3. disput. 19. num. 11.  
Suar. de Paz in practic. tom 2. prol. 1. num. 6. Seraph.  
decis 742 n. 5. Joseph. Selle de inhibitionibus, c. 5.  
§ 6. num. 78 Bellet. d. tit. de favore clericor. person.  
§ 14. à princip. D. Barbos. in d. l. Titia. n. 26. & 27.  
Cur. Philip. p. 3. §. 1. num 11. latè & eleganter Analt.  
Geron. de sacrorum imm. n. lib. 3. cap. 15. an. 55.  
Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 190 à n. 13. Ma-  
tius Anton. variar. resol. lib. 3. resol. 48. à principio,  
Farin. d. quæst. 8. num. 33. ubi n. 34. ampliat procede-  
re non soùn quando quæstio est super clericatu,  
sed etiam quando est super vestibus, an scilicet in ha-  
bitu incesserit, & Tonsura? Ambrosi. de immunit.  
Eccles. c. 23. n. 5. Melch. Lotter. de re benefic. lib. 3.  
q. 26 n. 69. Castro Palao in opere moral. tom. 2. tract.  
12. disp. unic. punct. 4. num. 7. Duard. in Bullam  
Cæsa. lib. 2. can. 19. q. 8. n. 19. Bonac. in eand. Bull. disp.  
1 q. 16. sect. 3. punct. 16. n. 31. Sanchez in opere mor.  
tom. 1. lib. 6. c. 1. dub. 3.

Verior tamen in hac quæstione resolutio habet,  
quod coram iudice Ecclesiastico de clericatu, & aliis  
necessariis cognitio semper est habenda, citatis ta-  
men iudice, & fisco seculari Curie; nam verifica-  
tis verificandis iudex Ecclesiasticus poterit declara-  
re N. esse clericum, & gaudere privilegio fori, &  
deinde

deinde est perenda remissio, cum intimatione dicti decreti, juxta d. cap. si judex: ita refert ex Farin. & aliis Mar. Anton. dict. resol. 48. n. 24. me citato in hoc loco, Ciarlin. d. c. 53. n. 19. Quæ remissio facienda est sine clericorum dedecore, ob reverentiam clericalis dignitatis, ut ex Claro d. quas. 39. vers. quarto quomodo, dicit Mar. Anton. d. loco, n. 25. & intra certum terminum, nempe 20. horarum, alias judex clericum retinens ultra prædictum tempus incurrit excommunicationem Papalem, d. cap. si judex, cap. nuper, de sent. excom. Sicut etiam clericus notiorius in Sacris, vel Beneficiarius repertus in flagranti delicto a judice sacerdotali, debet statim, & incontinenti, ante cognitionem de Clericatu, Ecclesiasticae Curiae reddi d. cap. si judex. In flagranti verò deprehendi dicuntur, quando nec fugeret, nec inficiari potuerint, Menoch. conf. 82. n. 179. Anton. Monac. Lucensi decis. 38. n. 2. + Judex Ecclesiasticus non tenetur stare processui, & sententia judicis sacerdotalis in clero remisso. Cur. Philip. part. 3. §. 1. n. 11. Decian. tract. crim. tom. 1. lib. 4. c. 19. n. 21. Suar. de Paz. in praxi tom. 2. Pral. 2. num. 11. & 12. Valasc. conf. 48. n. 9.

36 Utrum clericus conjugatus ex dispensatione Episcopi capax sit beneficii Ecclesiastici? Vide infra alleg. 72. post n. 78.

Ultra clericos in minoribus, de quibus hucusque egimus, qui juxta formam Concil. Ttid. fori privilegio gaudere possunt, sunt & alii, qui hujusmodi privilegii capaces existunt, ac proinde a tributis, & sacerdotali potestate exempti, quamvis clericali tonsura, vel vel minoribus Ordinibus insigniti non sint.

37 Novitii, quamvis dici nequeant Religiosi, ut resolvit Angel. verb. relig. num. 24. rectè tamen, & validè nominantur Ecclesiasticae personæ, per gloss. in cap. relig. §. quamvis non possit, de sent. excom. in 6. & privilegio fori gaudere, ut non possint conveniri coram judice sacerdotali. Ita Ias. in anib. si qua mulier. n. 59. C. desacros. Eccles. Brunor. à Sole in locis com. verb. novitius, Galet. in margarita casuum conscientia, verb. novitius 2. me citato in hoc loco. Castro Palao d. puncto 2. n. 10. vers. secundo, Marta de jurisdict. p. 4. casu 121. n. 14. Curia Philip. part. 3. §. 1. num. 12. Sayr. in florib. decis. lib. 2. tit. 2. decis. 3. Ceval. comm. contra com. tom. 4. q. 897. n. 1026. Azor. inst. mor. p. 1. lib. 12. c. 2. q. 2. Guttier. de gabel. q. 95. n. 22. cum seqq. Fr. Emmann. qq. reg. tom. 3. q. 5. 1. art. 12. Campanil. in divers. Iuris Canonici, rubr. 12. cap. 3. n. 27. novissimè Tamburin. de jure Abbatissarum disp. 17. dub. 6. n. 1. etiam novissimè Lezana in sum. quest. Regular. tom. 1. c. 24. n. 4. Mar. Giurba conf. decisivo 15. n. 8. Farin. in praxi crim. q. 8. n. 46. ampl. 16. Bonac. in Bullam Cœna, disp. 1. q. 16. sect. 1. punct. 3. n. 11. Guazzin. de defens. reorum. tom. 1. defens. 20. cap. 19. n. 22. Sanch. in præcepta Decalogi, lib. 6. cap. 10. n. 10. cum seqq. Lauret. de Franch. in controvers. inter Episcopos, & Regulares, q. 46. ubi quid si extra claustra delinquent, an possint ab Episcop opuniti? Affirmative resolvit, & q. 4c. tenet novitium admissum ad Religionem ante pubertatis annos fori, & Canonis privilegio gaudere, nisi juxta Religionis institutionem impubes admitti nequeat. Aloys. Ricc. part. 2. decis. 121. Novar. de variat. fori sect. 2. q. 46. per tot. in ult. impres. & ex eadem ratione gaudent exemptione a tributis, & gabellis a Principe impositis. Bertachin. de gabel. p. 7. princ. nam. 56. Flores de Mena var. lib. 2. q. 21. n. n. 198. Molin. d. tom. 3. tract. 2. disp. 671. n. 2. Malder. in 2. 2. tract. 1. c. 6. dub. 81. Turrian. in 2. 2. tom. 1. disp. 44. dub. 4. Barth. à S. Fausto in specul. confess. disp. 33. q. 14. n. 2. Sanch. in præcepta Decalogi tom. 2. lib. 6. c. 10. n. 10. Diana resol. mor. p. 1. tract. 2. resol. 37. Novar. d. q. 46. n. 10. Laurent. de Franchis ubi supra, q. 48.

Conversi, qui veri religiosi sunt, eo quod tria illa

vota paupertatis, castitatis, & obedientiæ emittunt, privilegio fori, & exemptionis à potestate seculari, & à tributis gaudent, prout resolvit Flores de Mena var. lib. 2. q. 21. num. 94. Hi vulgo dicuntur Fratres Laici; non quod Ecclesiasticae personæ, & Religiosi non sint, sed quia Ordinibus carent, & clerici non sunt, sicut alii monachi, & Religiosi. Ita Peregr. variar. lib. 6. n. 70. Bellug. in speculo princip. rubr. 11. §. videndum, & 6. vers. item comprehendendi, me citato in hoc loco, Castro Palao d. n. 10. in princ. Decian. tract. crim. tom. 1. lib. 4. cap. 9. n. 18. Eugen. conf. 29 num. 10. Lezana in sum. quest. regular. cap. 2. num. 4. Camil. de Curte in diversorio, seu comprehens. juris fœnd. p. 1. cap. 2. n. 92. Carol. de Grassis de effectu 1. num. 96. Nicol. Garcia de benef. p. 1. c. 4. n. 11. Novar. d. sect. 2. q. 65. Miranda in man. Pralat. tom. 1. q. 29. art. 1. concl. 1. Sic etiam hujusmodi Conversos gaudere privilegio Canon si quis suadente 18. q. 4. per c. Parochia, n. 9. de sentent. excomm. resolvunt Navar. in man. cap. 77. n. 79. Suar. de censur. disp. 22. sect. 1. à n. 19. Pauli Beni Lucens. in praxi crim. regular. tit. 1. c. 3. n. 1. Bonac. de censuris disp. 2. quest. 4. punct. 1. n. 6. Miranda d. q. 19. art. 2.

Oblati, qui se, & sua in totum Religioni tradidunt, gaudent privilegio fori, Marta de jurisdict. p. 4. casu 113. n. 37. Novar. d. sect. 1. q. 64. Card. Tusch. tract. concl. lit. O. concl. 16. Peregr. variar. lib. 6. n. 71. Fr. Paulin. d. c. 3. n. 3. Castro Palao me citato in hoc loco, d. n. 10. vers. tertio. Duard. in Bullam Cœna, lib. 1. can. 15. q. 7. concl. 3. Squillante de privileg. cleric. c. 7. num. 34. Ricc. p. 2. decis. 88. Anton. de Marinis quoit. resol. c. 14. n. 6. Diana p. 4. tract. 1. resol. 21. Alphon. Narbona l. 8. glos. unic. n. 17. tit. 5. lib. 2. Recop. Tamburin. de jure Abbatiss. disp. 74. De his latissimè in man. tract. de jure Eccles. universo, lib. 1. c. 39. §. 2. n. 44. cum seqq.

Deputati auctoritate Prælati ad aliquod Hospitale erectum auctoritate Ordinatii, etiam fori privilegio gaudent, ut resolvunt Valasc. consult. 105. n. 32. Carol. de Grassis d. effectu 1. num. 117. diximus d. tract. lib. 1. c. 39. §. 1. n. 51. ubi n. 52. cum seqq. de inservientibus Ecclesiæ, me citato in hoc loco, Castro Palao d. n. 10. in fine, vers. quartò.

Frates Tertiæ Ordinis S. Francisci in communitate viventes, sunt personæ Ecclesiastice, gaudentque fori privilegio, ut disponit Ordinatio Regia Lusitan. lib. 2. tit. 2. §. 1. 1. ibi: Porém se alguns de terceira Orden viverem em comunidade, &c. resolvunt Grassis in decis. aureis lib. 2. c. 49. n. 27. Curia Philip. part. 3. §. 1. n. 15. Suar. d. sect. 1. n. 20. Mirand. in manuall. pral. tom. 1. q. 36. concl. 1. Molin. de justit. tom. 4. tract. 3. disp. 50. n. 4. in princ. Fr. Paulin. d. tit. 4. c. 30. num. 6. Aloys. Ricc. in praxi fori Eccles. decis. 66. 3. in 1. edit. me citato in hoc loco, Castro Palao d. n. 10. vers. quindecim. Donat. Anton. de Marinis res. quotid. c. 14. num. 11. Novar. de elect. fori sect. 2. q. 66. n. 13. in ult. edit. Diana p. 1. tract. 2. res. 84. & p. 4. tract. 1. res. 31. in fine, Bellet. disquisit. cleric. p. 1. tit. de discipl. clericali, §. 2. n. 19. & 20. me citato in hoc loco, novissimè Ciarlin. controvers. forens. c. 18. n. 16. & me etiam citato in hoc loco, Boss. de triplici Jubilei privilegio, sect. 3. casu 22. §. 6. n. 59. Bonac. in Bull. Cœna, disp. 1. q. 16. sect. 1. punct. 3. n. 17. novissimè Tamburin. de jure Abbatiss. disp. 7. q. 3. & disp. 17. q. ult. n. 2.

Controversum autem est, an prædicti Fratres, si in communitate non vivant, sed suæ quisque domi, fori privilegio potiantur? Affirmativam opinionem, quod scilicet tunc verè sint Religiosi, & privilegio exemptionis gaudent, tenent Fr. Emmann. quest. regul. tom. 2. q. 65. art. 4. Marc. Anton. Eugen. conf. 26. numero 1. tom. 1. Petr. de Vbald. de portion. Canon. quest. 17. num. 13. & adii, quos refert ad utramque partem

partem Card. Tusc. tom. 4. lit. F, concl. 470. Marta de jurisdict. p. 4. cent. 2. c. 113. n. 6. & latius quam omnes, ex professo 20. conferens argumenta pro hac parte Beatus Joan. Capist. in tract. quem scripsit, defensorum Tertiij Ordinis D. Francisci. Negativa vero pars, immo predictos Fratres non esse exemptos à potestate sacerdotali, nec privilegio exemptionis à tributis gaudere, ex eo sita detur, quia regulam non habent propriè, quoad tria vota substantialia, secundum modum vivendi approbatum per Sedem Apostolicam, ut ait glos. vers. Obedientiam. in Clement. 1. de Religiosis domib. glos. similis vers. tertio, in Clement. 3. de sent. excommunic. quas communiter receptas pluribus adductis testatur Duen. regul. 100. limitat. 18. Azeved. ad l. 1. num. 4. tit. 14. lib. 6. nova recopil. Et facit optimè text. in d. Clement. 3. quatenus decidit hujusmodi Fratres tertij Ordinis, tanquam ceteros laicos admitti non posse à Fratribus Minoribus ad Divina tempore interdicti. Quibus & aliis fundamentis hanc negativam sententiam tueruntur Duen. regul. 100. limit. ult. Calderin. consil. 4. de Regularib. & conf. 7. de foro comp. Abb. in c. 2. n. 11. & Felin. n. 10. de foro comp. Marian. in c. 1. n. 12. eodem tit. Decian. tract. crimin. lib. 4. c. 9. num. 34. Bologn. consil. 12. n. 12. Vulpel. de libertate Eccles. p. 3. num. 29. Intrigl. decis. 30. n. 4. Franciscus Virg. Neapol. decis. 49. num. 10. Masic. de probat. conclus. 957. num. 9. Nicol. Festas in tract. de astimo, p. 4. cap. 1. à n. 10. Gilenz. consil. 4. n. 2. & 3. Giurba ad statuta Messanens. c. 3. glos. 4. n. 25. vers. contra, & n. 26. & 27. Henr. de fidei just. cap. 7. num. 248. novissimè me citato Ciarlin. controversial. forens. cap. 18. à num. 3. Mol. dict. disp. 50. n. 4. vers. de his, Camil. Borel. in sum. omnium decis. tit. 43. de foro competenti, n. 139. late Carol. de Grassis dict. effectu 1. a n. 91. Miranda d. q. 36. concl. 2. vers. tantum ergo, Casarub. in compend. privileg. Mendicant. verb. Tertiarij. Rota in Ulyssiponensi juris conferendi habitum, 25. Iunij 1636. coram R.P. D. Merlino, impressa per Tamburin post tractat. de jure Abbatissar. decis. 9. n. 2. Unde exemptionem à tributis consequi non posse decidit apud Hispanos l. 19. tit. 4. lib. 4. Ordin. & l. 2. tit. 14. l. 6. nova recop. ubi Azeved. Lassarte de decim. vendit. c. 19. à n. 90. Averdan. de exequen mandatis lib. 2. c. 14. n. 28. & de gabell. 995. n. 5. & 6. Flores de Mena d. q. 21. n. 197. Steph. Gratian. discept. forens. c. 224. n. 34. & c. 363. n. 291. De his late d. tract. de Iure Ecclesiast. lib. 1. cap. 39. § 2. n. 41. & 42.

42 Eremitæ, qui nullam profitentur Religionem, nulloque Ordine clericali sunt insigniti, nec habent certum vivendi modum ab Ecclesia approbatum, excepti non sunt à potestate sacerdotali, nec privilegio fori gaudere possunt. Ita Duen. reg. 100. limit. fin. Armendar. in addit. recop. legum Navarra, lib. 4. tit. 29. l. 1. Covar. pract. cap. 34. n. 4. vers. 2. intellige, Curia Philip. part. 3. §. 1. n. 15. Boët. in tractat. de statu, & vita Eremit. n. 13. & 14. Carol. de Grassis d. effectu 1. à num. 102. Fr. Einman. d. tom. 2. q. 62. art. 2. Flores d. quest. 21. à n. 194. Motl. en emporio juris, p. 1. tit. 2. in pralud. num. 142. Molin. de just. tract. 2. disp. 141. verb. Eremita, & d. tract. 3. disp. 50. n. 4. in fine. Ceval. commun. contra commun. tom. 4. quest. 896. n. 585. cum seq. Camil. de Curt. d. p. 2. cap. 2. num. 93. Zerola in praxi Episc. verb. Eremita, Sanchez in precepta Decalogi, lib. 4. cap. 16. num. 10. Fr. Paulin. d. tit. c. 3. n. 4. Bellet. disquisit. cleric. p. 1. tit. de disciplina clericali, §. 2. num. 25. novissimè Navar. d. praxi de variat. fori, sect. 2. q. 67. Bonac. d. punct. 3. num. 18. me citato in hoc loco, Castro Palao d. n. 10. vers. septimò. Sic etiam privilegio Canon. si quis suadente, minimè gaudere resolvunt Jacob. de Graffis in auctor. decis. lib. 2. cap. 28. num. 27. p. 1. Suarez d. sect. 1. n. 11. Molin. d. disp. 39. num. 4. Valer. Reginald. in praxi fori pénitent. tom. 5. Barbos. de Episcop. Pars 1. k.

lib. 1. num. 125. Et à collectis, & gabellis immunitæ non esse tenent Avendan. a. cap. 14. num. 24. Guttier. de gabell. quest. 95. n. 7. Flores d. quest. 21. à num. 192. & n. 204. Fr. Einman. quest. regular. tom. 3. quest. 74. art. 11. & Si tamen hujusmodi Eremitæ professionem emitant, vel votum aliquod apud Prælatum Ecclesiasticum, prout in aliquibus Provinciis extant multa illorum Monasteria, tunc privilegio. fori, & exemptionis à tributis eos gaudere disponit Ordinatio Regia Lusitanorum l. 2. tit. 11. in princip. & fatentur omnes ferè suprà relati, quibus addo Layman. in Theolog. mor. lib. 1. tract. 5. p. 2. c. 5. n. 4. Duard. in Bullam Cœna, lib. 2. Can. 15. q. 6. n. 2. Bonac. in eandem Bull. disp. 1. q. 19. sect. 1. punct. 3. n. 28. Squillante de privil. cleric. c. 7. n. 44. Donat. Anton. de Marinis resol. quotid. c. 114. n. 8. Laurent. de Franchis in suis contr. p. 1. q. 41. pag. 355. novissimè me citato in hoc loco, Boff. de tripli iubilai privilegio, sect. 3. casu 22. §. 6. n. 60. in quo eventu credo accipiendas esse resolutiones præstitas à Marta de jurisdictione, d. casu 113. n. 1. Vide quæ dixi d. c. 39. §. 2. n. 45.

Pénitentes sacerdotali judicio esse subjectos, nec aliquo fori privilegio gaudere resolvunt Covar. d. c. 34. n. 4. Decian. tract. criminal. lib. 4. c. 9. num. 35. Morl. in emporio juris, p. 1. tit. 2. in praludiis, n. 143. Carol. de Grassis d. effectu 1. n. 127. post Simach. Rota, & Azeved. Cened. ad Decretum collectan. 34. Et in eo genere mulierum, quas Lusitani vocant Beatas, & Itali Pinzoccheras, idem resolvunt Parlad. lib. 3. rem. quotidian. diff. 9. §. 2. num. 5. Fatin. in praxi crimin. quest. 8. n. 46. Bobadil. in sua politica, lib. 2. cap. 18. num. 199.

Militares Religiosos ex Ordinibus Militaribus Christi Domini, D. Jacobi, & D. Benedicti, Sancti Stephani, & S. Lazari, ac aliis similibus, fori privilegio gaudere resolvunt Navar. consil. 12. & 13. & 22. de Regularibus, Carol. de Grassis d. effectu, à num. 109. Mendez à Castro. in praxi Lusitania, lib. 2. cap. 1. n. 12. Curia Philip. p. 1. §. 1. num. 13. Joan. Sancius in select. dist. 49. num. 13. Diana p. 3. tract. 2. resol. 61. & p. 4. tract. 1. resol. 86. Bonac. in Bullam Cœna, disp. 1. q. 16. sect. 1. punct. 3. n. 16. Fr. Einman. qq. Regul. tom. 2. q. 62. art. 13. cum seqq. Petr. Gambacurta de immunit. Eccles. lib. 7. cap. 10. num. 2. Leonard. Duard. ad Bullam Cœna Domini, Can. 15. q. 28. num. 2. & quest. 5. concl. 58. & q. 27. num. 50. Mench. illust. cap. 105. num. 46. Cæl. de Grassis dec. 47. à n. 16. Menoch. de arbitr. casu 135. num. 31. in addit. Joan. Maria Novar. de elect. & variat. fori, quest. 37. num. 2. alias sect. 2. q. 69. num. 31. in ult. impress. Ceval. in criminal resol. casu 56. n. 9. & 10. & casu 225. à num. 11. adde per me citatos d. cap. 39. §. 2. num. 46. me citato in hoc loco, novissimè Sperel. in decis. fori Eccles. decis. 2. n. 97. ubi n. 120. refert. Sacram. Congregat. immunitatis Ecclesiastica in Mantuana sub die 25. Septembris 1627. sic censuisset Sacra Congregatio censuit Equitem inquisitum, & careerū à ministris ducalibus consignari Episcopo Mantuano, una cum originali processu facto, quamvis nullo; qui ut delegatus causam cognoscet auditio procuratore Ducali, & facta consignatione ut suprà, absolvatur Dux, & omnes complices ab Episcopo. Et confirmatut ex quibusdam litteris à Rege Catholico de an. 1618. bonæ mem. Cardinali Carrafæ olim Archiepiscopo Neapolitano transcriptis, quibus ei mandabatur, ue horum Equitum in illo Regno degentium Judeæ esset, quarum litterarum exemplum conscripsit ident Sperell. vir sanè doctus, & diligens d. decis. 2. n. 134. tibi num. 125. refert Hispaniae Reges per litteras in forma Brevis Clementis Papæ VIII. sub dat. 3. i. Ianuarij 1600. & à Paulo V. confirmatas die 5. Ianuarij 1608. privilegium obtinere, ut in posterum causæ criminales, & mixtæ cuiuscunque generis Equitum

Ordinum Militarium sancti Jacobi, Calatravæ, & Alcantaræ in prima instantia cognoscantur à suis Judicibus, in secunda à duobus de Consilio dictorum Ordinum, & ab aliis duobus de Consilio Status, in tertia instantia ad Majestatem suam devolvantur à deputandis ab ea terminandæ: quo verò ad causas civiles Philippus III. Rex Catholicus mandavit servari cujuscumque loci stylum, & consuetudinem in suo diplomate Regio, quod registravit Mastrill. *decis. 290. post n. 165.* Cui quidem fori privilegio renuntiare, & se submittere jurisdictioni alterius Iudicis non possunt, *Crescent. decis. 3. de foro comp. Camil. Borrel. in sum. decis. tom. 1. tit. de jurisdict. & imper. n. 132.* qui loquitur de Equitibus S. Jacobi, Aloys. Rice, *in collect. decis. 216. vers. infero sexto*, ubi de Equitibus S. Joannis Guazzin. *in tract. de defensione reorum, defens. 20. n. 17. Caball. resolut. crimin. tom. 3. casu 225. n. 12. cum sequentib. Felician. de censib. tom. 2. lib. 2. c. 3. num. 13.*

**46** Amplia procedere in novitiis Ordinum Militarium hujusmodi, per text. *in cap. Religioso, §. 1.* ubi Archid. de sent. excommun. lib. 6. me citato in hoc loco, doctissimus Sperell. d. *decis. 2. num. 130. vers. contrarium tamen*, ubi attestatur hanc nostram sententiam esse verissimam, seque accepisse eis de mente Sacræ Congregationis. Valent. *conf. 95. n. 53.* cum aliis per me citatis *d. cap. 39. §. 2. n. 48.* quibus addo Ambros. Marchin. *in resol. pro novitiis Ordinum Militar. in fine, ibi, de todo loqual consta que todos los Novicios de todas las tres dichas Ordenes Militares sin diferencia ne distincion alguna, en todos y qualesquier delitos, sin exception alguna dellos, gozan del privilegio del fero, &c. latè Thom. Carlevalius de judic. lib. 1. tit. 1. disp. 2. q. 6 sect. 3. à n. 139. usque ad 445.* novissimè Diana moral. *p. 1. tract. 2. resol. 49. in fine, & p. 3. tract. 2. resol. 30. n. 4. & p. 4. tract. 1. resol. 36. vers. sed hos milites, & p. 5. tract. 1. resol. 78.* & eosdem Eqaies gaudere etiam privilegio Canonis, etiam si professionem non emiserint, post eundem Marchin. tenent Bonac. *tom. 3. in Bullam Cœnæ, disp. 1. q. 19. punct. 3. §. 3. n. 3.* Duard. *in eand. Bullam, lib. 2. Can. 28. q. 8. Turrian. 2. 2. tom. 2. disp. 59. dub. 2. Castr. Palao tom. 2. tract. 12. disp. unic. punct. 9. novissimè Diana resolut. moral. p. 4. tract. 1. resol. 27. & tract. 13. resol. 44. & faciunt quæ Ias. in l. cum quedam, n. 13. ff. de jurisdict. omnium jud. Tiraquell. de retract. lig. 6. 1. gloss. 8. n. 32. Curia Philip. p. 3. §. 1. n. 13. & quæ suprà notavimus n. 37. Quo fundamento in Senatu Regio civitatis Portugalensis fuit judicatum præfatos novitios fori privilegio gaudere, ut refert Parens meus *Ordin. Lusit. lib. 2. tit. 12. § 3. n. 2.* Quamvis hos Equites novitios minimè privilegio fori gaudere, teneant Cened. *canonic. q. 4. n. 40.* Giurb. *in consil. criminal. conf. 77. n. 21.* Bobadill. *in sua politica, lib. 2. c. 18. n. 86. & in c. 19. n. 17. in fine,* Fr. Emman. *d. q. 62. art. 14.* Gabr. Pereira de manu *Reg. p. 2. c. 58. n. 27. vers. illud semper.**

**47** In nostro Regno Portugaliæ Milites trium Ordinum Militarium non potiuntur privilegio exemptionis, nisi habuerint præceptoriam Militarem, vulgo, Comenda, aut aliquam continentiam, seu panem civilem, cum habitu illius Ordinis, vulgo tença. Ita attestantur Valasc. *consult. 13. 1. n. 5.* Melch. Phœbos *Lusit. decis. 85. n. 6. cum seqq. tom. 1.* per Ordin. Reg. *lib. 2. tit. 12. §. 2.* ubi refertur ita fuisse concessum Regibus Lusitanæ per Bullam Leonis X. Summi Pont. quæ quidem Bulla de solis Ordinibus Militaribus S. Iacobi, & S. Benedicti de Avis loquitur: Unde Ordinatio præfata extendens hoc privilegium ad militiam D.N. Iesu Christi, se referens ad dictam Bullam quæ id non dicit, in hac parte dubia redditur ex defectu potestatis in legislatore, ut modo observarunt aliqui Lusitani Senatorès.

De his militibus controvertunt Doctores, an veri dicantur Religiosi? In ea semper fui opinione, illos verè dici Religiosos: quam quidem tenent Covarr. Navar. Avend. Menoch. Fortun. Garc. Bellug. & alii, quos refert, & Sequitur Sanchez in præcepta Decalogi lib. 4. c. 16. n. 11. & lib. 7. cap. 29. num. 105. alios citat. Cened. *ad Decretal. collect. 29. n. 4. lul. Cæs. Imbrian. in tract. de judic. Regni, in pref. n. 42.* Motta in tract. de confirmat. *Ordinis D. Iacobi, lib. 2. per totum, & precipue c. 2. §. 29.* Bambacar in repet. cap. 1. § qui clericus, q. 2. n. 31. cum seqq. si de feudo def. contr. fuer. Guttier. *practic. lib. 2. quest. 111. n. 2.* Lezana in sum. quest. *Regul. c. n. 2.* Diana moral. *resol. part. 1. tract. de immun. res. 49.* novissimè Transmiera in tract. de polygamia, lib. 3. q. 12. num. 26. Bobadil in sua Politica, lib. 2. c. 19. n. 11. latè Carol. de Graffis d. effectu 1. n. 110. cum seqq. Fr. Emman. *quest. Regular. tom. 1. q. 1. art. 6. & q. 13. art. 2.* Ioan. Ramirez in tract. de fundat. *Ordinis S. Iacobi, c. 1. fol. 18. n. 20.* Azala en la declaracion de la orden de Santiago, per tot. & precipue c. 1. & 2. Ioan. Sanch. in selectis, disp. 49. à n. 11. Rebel. de obligat. justit. part. 2. l. 3. quest. 4. n. 13. novissimè Mendez à Castro in praxi Lusitania, lib. 2. c. 1. n. 10. & vide pro hac parte responsum D. Equitis Ioannis Sanctinii in Romana Curia Advocati, quod ad me misit doctissimis sanè fundamentis refertum. Verum hujusmodi Milites non esse verè Religiosos, sed secundum quid, non improbabiliter ait Sarm. de reddit. Ecclesiast. p. 4. c. 1. n. 23. Laflarte à decim. vend. c. 19. num. 92. Girond. de gabell. p. 7. in princip. n. 47. Burg. de Pace *conf. 17. n. 2.* Arag. 2. 2. q. 8. art. 1. pag. 138. ad ult. argum. Valent. *tom. 3. in 22. disp. 10. quest. 4. punct. 2.* Molin. de justit. tract. 2. disp. 141. vers. est. verò in rigida, & disp. 623. à num. 5. & tom. 4. tract. 1. disp. 30. n. 5. Fr. Ludov. à Cruce in expos. Bullæ, disp. 1. cap. 6. dub. 111. n. 5. Azor. *instit. moral. p. 2. lib. 13. c. 4. quas 4.* Azeved. l. 14. n. 3. tit. 5. lib. 3. nova recip. Marta de jurisdict. p. 2. cas. 32. n. 15. & p. 3. casu 113. n. 33. Nicol. Garcia de benefic. p. 4. num. 15. cum seqq. Jacob de Graffis *tom. 1. consil. l. 3. titul. de Regular. consil. 11. n. 8. & 15.* quorum sententiam sequitur Rou, ut coram Seraph. *decis. 583.* & apud post in tract. mandati de manut. *decis. 326. n. 3.* Sed ex culque Ordinis regulis, & Apost. confirmationibus dignoscere facile est, qui sint veri Religiosi.

### ALLEGATIO XIII.

Episcopus quæ efficere, & considerare debet, ut Clerici in minoribus gaudere possint exemptione à gabellis, & tributis?

### SUMMARIUM.

- 1 Clerici etiam prima Tonsure non conjugati, sunt immunes, & exempti à gabellis, & exactionibus, tributis, ac aliis similibus oneribus.
- 2 Clerici in minoribus apud Castellanos non sunt immunes à tributis, nisi actualiter habuerint beneficium Ecclesiasticum.
- 3 Idem in Regno Portugaliæ.
- 4 Leges prædictæ Hispanie, & Lusitania nullitatè subjici videntur.
- 5 Lusitania Ordinationes supra hominum memoria sciente, & patiente Summo Pontifice fuerunt semper observatae, confirmataeque in concordatis factis inter Clerum, & Regem.
- 6 Clerici hujusmodi dicto privilegio immunitari gaudentes,

- 7 dentes, sunt etiam exempti quoad exactiones pro necessitatibus publicis.
- 7 Mūorum, & pontium ad reparationem non sunt tributa imponenda clericis absque Summi Pontificis auctoritate.
- 8 Clerici negotiatores non sunt immunes à solutione gabellae.
- 9 Clericis per viam negotiationis quando dicantur mercatores fieri.
- 10 Negotiator non dicitur, qui vendit granum, aut vinum ex redditibus sui beneficii.
- 11 Negotiari non dicitur qui vendit fructus suorum fundorum..
- 12 Negotiari dicitur Clericus vendens fructus ex suo semine, suaque industria collectos ex alieno agro conducto.
- 13 Domum emens clericus ad suum usum, non solvit gabellam, secus si ad locandum.
- 14 Regulares, & Equites ex Ordinibus militaribus Christi Domini, & Divi Iacobi, etiam eximuntur à gabellis, & tributis.
- 15 Exemptione à tributis an concedatur uxoribus viduis predictorum militum?
- 16 Clericus in regnis Hispanie, & aliis Provinciis tenetur denunciare gabellariis res quas portat.
- 17 Clerico non manifestante tenebitur mulio ejus res portans denunciare. vel damnum resarcire.
- 18 Clerici tenentur jurare in manifestatione rerum. eas portare ad suum usum, & illorum juramento statur, ita ut contrarium non possit probari, nec de eo querelari, quamvis falsum juraverint.

**C**LERICI etiam primæ Tonsuræ, seu minorum Ordinum, non conjugati, de Iure communi sunt immunes, & exempti à gabellis, exactiōibus, & tributis, ac aliis similibus oneribus, ut probat text. in cap. non minus, & in cap. adversus, de immunitate Ecclesiast. in cap. quamquam de censibus, lib. 6. l. Presbyteros, Cod. de Episcop. & cler. resolvunt Covar. præf. c. 31. Bertach. de gabellis, part. 6. n. 12. Guid. Papæ decisi. 385. Remig. de charitativo subſidio, quæſt. 64. & 65. Ioseph. Ludov. tom. 3. comm. opinion. tit. de gabellis, concl. unica, vers. 4. fertur, pag. 479. Avend. de exequend. mand. p. 2. c. 14. n. 30. Girond. de gabellis, q. 70. n. 4. Matienz. l. 11. gloſ. n. 4. tit. 4. lib. 4. nova recopil. Alexand. Trentacinq. variar. resol. lib. 1. tit. de jure fisci, resol. 5. n. 7. cum ſequentib. Molin. de justit. tom. 3. disp. 671: n. 5. me citato in hoc loco. Castro Palao in opere moral. tom. 2. træct. 12. disp. unica, punto 9. n. 13. me etiam citato novissime Trullench. in expoſit. Decalogi, lib. 7. cap. 12. dub. 5. num. 11. Torreblanca in practicab. iuris spir. lib. 15. c. 6. n. 43. Thom. Valasc. tom. 1. alleg. 28. n. 1. Molin. de justit. tom. 3. træct. 2. disp. 270. num. 5. Malder. in 2. 2. træct. 6. dub. 83. Lessius de justit. lib. 2. cap. 23. dub. 5. n. 39. Alderan. Maſcard. de ſtatut. interp. concl. 1. n. 73. & 105. Grilenz. conf. 53. n. 16. me citato in hoc loco, novissime Ciarlin. controv. forenſ. c. 22 n. 1. novissime Marcel Vulpe in præxi. judic. fori Eccles. cap. 27. à princip.

Verū apud Hispanos attēnta l. 2. tit. 4. lib. 5. nova recop. hujusmodi clerici non sunt exempti à prædictis, sed contribuere habent sicut laici, niſi actualiter habuerint beneficium Ecclesiasticum, & ita per illam legem tradunt Olan. in antimonia Iuris, verb. Clerici, n. 23. Humada ad Greg. l. 49. gloſ. 3. n. 4. & l. 54. gloſ. 2. n. 10. tit. 6. part. 1. Gut. præf. lib. 1. q. 8. Parlad. quo tid. p. 1. cap. 3. n. 16. Flores de Mena variar. lib. 2. q. 11. num. 199. Dom Christoph. de Pace in ſcholiis ad leges ſtyli, l. 212. n. 2. & 3. Felician. de Solis de censibus lib. 2. c. fin. n. 13. Guttier. de gabellis, q. 91. Sanch. de matrim. lib. 7. disp. 46. n. 16. Azot. in ſtitut. moral. part. 1. Barbos. de Episcop. Pars I I.

lib. 3. cap. uniu. q. fin. Torreblanca d. lib. 15. c. 6. n. 45. Cardolo in præxi Iudicum, verb. Clericus, n. 74. Valsq. in opuscl. de reſtitut. c. 6. §. 1. dub. 2. n. 33. Thom. Valasc. d. alleg. 28. n. 3. cum ſeqq. Ioan. de la Cruz in direct. conſcient. p. 1. præc. 7. q. 7. art. 3. dub. 1. conſclus. 1. Bobadil. in ſua politica lib. 2. c. 18. n. 263. & 282. Villalob. in ſum. tom. 2. træct. 8. diffiſ. 14. n. 5. me citato in hoc loco, Trullench. diſt. lib. 7. dub. 5. n. 12. Molfes. in ſumma Theologia moralis, træct. 6. c. 10. n. 65. in fine, ubi tamen refert in Regno Neapol. jam eſſe immunes, ut eſt notoria praxis in Regia Camera. † Idem quod in Castella, ſtatutum eſt in regno Portugalie per Ordinationem Reg. lib. 2. tit. 11. in princ. ut refertur Molf. d. disp. 671. n. 5. Valar. Valasc. consult. 131. & Thom. Valasc. d. alleg. 28. n. 5. me citato in hoc loco, Castro Palao d. punt. 9. n. 14.

Quæ leges, tam Hispaniæ, quam Lusitaniae, Apoſtolicam dispensationem, ſive tacitam, ſive expreſſam præſupponunt, alioquin militari ſubjicerentur, quatenus prædictos clericos habentes beneficium aſtrīgunt ad ſolutionem gabellæ, & tributorum, maximè eos qui gaudent privilegio fori, juxta decretuſ Concil. Trid. ſeff. 23. de reform. c. 6. Castro Palao tom. 2. træct. 12. disp. unic. punt. 9. n. 4. & n. 14. verſ. he tamen leges, me citato Trullench. d. dub. 5. n. 12. in fine, & ſic eadē leges, & conſuetudinem, quam à Romano Pontif. ſcitam, & toleratam dicunt, defendunt Valsq. in opuscl. de reſtit. cap. 6. §. 1. n. 33. Lessius de justit. lib. 2. c. 33. dub. 5. n. 39. Molin. de justit. træct. 2. tom. 3. disp. 270. num. 5. Salas de legib. q. 96. træct. 14. disp. 14. ſect. 11. n. 121. Turrian. 2. 2. tom. 2. disp. 44. dub. 4. n. 12. Guttier. de gabell. q. 91. à n. 5. Torrebl. de magia lib. 4. c. 6. n. 71. ſed etiam clare adverſari ſummoſum Pont. decretis, de quibus ſuprā, aſterunt illam damnantes Nicol. Garc. de benef. p. 2. c. 3. à n. 1. Megala in p. 2. lib. 2. c. 17. q. 6. n. 103. Diana mor. al. refol. part. 1. træct. 1. refol. 33. referens talem conſuetudinem in Regno Siciliæ non extare, plures citat Doctores Ciarlin. d. c. 2. n. 2.

Quoad Ordinationem tamen Lusitanam poſſum attestari ex antiquorum relationibus ita ſupra hominum memoriam ſemper fuille obſervaum, ſciente, & patiente Summo Pdntifice, ex Valasc. consult. 141. n. 11. & etiam ante illam per antiquiores leges, & Extravagantes hoc idem diſpoſitum, & obſervatum erat, prout conſtat ex Articulis gabe. larum. c. 1 t. & ex l. 12. tit. 3. p. 5. Extravagantium: quæ quidem leges conſirmatæ fuerunt in concordantiis factis in Romana Curia, ipſo Summo Pontifice approbante, inter Clerum, & Regem Dionyſium, prout refertur Anaf. Getmon. in assert. libertatis Eccles. cap. 7. verſ. major, cum ſeqq. D. Barbos. in privatis ſcholiis ad l. filius familiæ ff. de legatis 1. quem citat Bened. Egid. in repet. l. 1. C. de ſacros. Eccles. p. 5. §. 2. n. 12. & Cald. Pereira. de empi. c. 8. n. 36. & faciunt tradita per Dia- nam mor. 4. p. træct. 11. refol. 13.

Clerici igitur gaudentes dicto ptivilegio immunitatis, & exemptionis, ſunt etiam exempti quoad exactiones pro necessitatibus, & utilitatibus publicis, & communibus, nonobſtantibus legibus civilibus, & Regiis contrarium diſponentibus: nam Iure Canonico, cui in hoc ſtandum eſt, ita clare diſponitur, ut in d. cap. non minus. & in c. adversus, de immunitate Eccles. me citato in hoc loco, Castro Palao in opere moral. tom. 2. træct. 12. disp. unica, punto 9. n. 3. ubi num. 9. refoluit Pontifice inconsuſto Episcopi, & clerici conſenſum non ſufficere ad illas exactiones ſol- vendas, quia ad hanc obligationem inducendam requiſitus eſt conſenſus Pontificis, propter imprudentiam quorundam; ita ut etiam † ob reparationem mūorum, pontium, viarum, &c. licitum non ſit tribu- ta illis imponere; etiam eum laicis comuniua ſi-

## 242 De officio, & potestate Episcopi.

ne consensu Summi Pontificis, quamvis laicorum bona ad illorum reparationem non sufficiant, nisi tanta sit necessitas, & pietas, quod sine periculo, aut scando ad illum recurriri non possit, tunc enim sufficit Episcopi cum clericis consensus. Bart. & Paul. in l. ad instructionem, C. de sacros. Eccles. Angel. in sum. verb. immunitas. §. 37. Sylvest. eodem verbo 1. n. 20. Greg. l. 54. verb. En las calzadas, tit. 6. part. 1. Petr. de Ledesm. in sum. tom. 2. tract. 7. c. 2. concl. 27. Gutier. tract. lib. 1. q. 3. De Sahag. in c. 2. de judic. à n. 25. Fr. Emman. in addit. ad explicat. Bulla Crucia. §. 9. n. 72. Card. Tolet. in sum. lib. 1. c. 29. Lancel. Galia conf. 6. n. 54. & 55. Laderch. conf. 145. n. 4. in fine, Duard. in Bullam Cœna, Can. 18. q. 3. n. 3. & q. 12. tom. 2. & Homobon. in examine Eccles. p. 3. tract. 15. q. 30. in fine, novissimè me citato in hoc loco. Ciarlin. d. c. 22. n. 53. Molin. de justit. tract. 2. disp. 679. Guid. Pancit. in thesauro var. lect. lib. 3. c. 32. Ceval. commun. contra commun. q. 415. & tom. 4. q. 896. n. 617. cum seqq. Padil. in summa leg. poenitium. p. 2. cas. 48. n. 12. Azor. instit. moral. p. 2. lib. 10. c. 7. col. 1080. Flores de Mena var. lib. 3. q. 31. à n. 213. Morl. in emporio iuris, p. 1. tit. 1. q. 16. num. 12. & concessum fuisse à Clemente VIII. anno Domini 1600. quod Ecclesiastici de mandato Ecclesiae solvant tributum, quando laicorum bona non sufficiunt, refert Marta de jurisd. p. 4. cent. 1. casu 1. num. 55. & latius casu 9. Bernard. Grævæ. ad tract. Cam. Imperial. lib. 5. num. 15. latè Fr. Anton. de Sousa in relect. de censur. Bulla Cœna, cap. 10. disp. 92. plures Doctores refert Cened. in Decretal. collect. 153. num. 4.

Verum quia hæc materia periculosa est, & Rota Romana articulo maturè discussò eam certis conditionibus declaravit in una Brundusina gabella coram Peña, impressa per Dianam moral. resolut. in fine pars quinta, Lectorem idè ad illam remitto, verba autem decisionis, quæ singularis est, subiectam. Ad effectum enim, ut clerici, seu persona Ecclesiastica legitimè possint subire ista onera, & ad ea persolvenda compelli, inspeccio jure Canonico, sequentia copulativè requirunt. Primo ut adsit magna necessitas, cui alias facile subveniri non possit, tunc clerici cum laicis contribuant: probatur in d. c. non minus, ubi expressè notat Abb. n. 6. vers. quando requiritur, & d. cap. adversus, de immun. Eccles. ubi Abb. num. 4. & clarius apparet per Extravag. Benedicti XI. Substitutio, de immun. Eccles. Secundò debet concurrere communis utilitas, vel saltem pietas, ut in d. c. non minus, & c. adversus, & de pietate consideravit text. in l. ad extractiones, C. de sacros. Eccl. Tertiò oportet quod onus illud sit reale, & illi sustinendo laici non sufficiant, quia clerici, & Ecclesia solum tenentur cum laicis contribuere in subsidium, & ubi laicorum non supersunt facultates, ut in d. cap. non minus, & cap. adversus, quas conditions consideravit Bened. in d. Extravag. de immun. Eccles. ibi: Caterum attendant solliciti Ecclesiastici Prelati, & clerici Lateranense Concil. quod in hujusmodi subventionibus solum casum necessitatis, aut communis utilitatis, ubi laicorum ad id non supersunt facultates, deliberatione provida noscitur expressisse. Quartò requiritur quod ad onus hujusmodi imponendū vocetur, & consentiat clericus, nec sufficeret Episcopus cū Capitulo, quia quod omnes tangit, ab omnibus particulariter approbari debet, c. cū omnes, de constit. c. quod omnes, de regul. Iuris in 6. & probatur in cap. adversus, ibi: Verum si quando forte Episcopus simul cum clericis, & considerant Abb. in d. c. non minus 4. & 5. Quintò, & ultimo in istis oneribus imponendis, ad effectum, ut clericus teneatur, potissimum requiritur, ut Papa consulatur, & ipso consulto, & non alias clericis contribuat, d. c. adversus, ubi notat Abb. n. 5. vers. quartò requiritur, & sic fuit expressè cantum per Benedictum XL. in d. Extr. de immun. Eccles. & merito, quia

si arbitrio Episcopi, & clerici hoc relinquatur, facile contingere hujusmodi impositiones, & onera per ambitum, & preces Principum, & ministrorum laicorum, quibus occurtere solent Romani Pont. qui non aliter quam causa cognita ipsas facultates, ut clerici contribuant, concedere solent, &c.

Limitatamen in clericis negotiatoribus, qui non sunt immunes à solutione gabellæ, ut probat expressè text. in cap. quamquam, de cens. lib. 6. ibi, quas non causa negotiandi deferunt, resolvunt Duen. regul. 100. vers. fallit 11. Ioseph. Ludov. tom. 3. commun. opin. tit. de gabell. concl. unic. vers. infertur 10. ibi, fallit quando, Lassart. de decima vendit. c. 10. num. 65. & 66. Girond. de gabell. p. 7. n. 8. Foller. ad Maran. de ordine judic. p. 4. num. 85. pag. 184. Matienz. l. 11. gloss. 1. n. 3. tit. 10. lib. 5. recop. Bobadil. in sua politica, lib. 2. c. 18. n. 123. lit. F, & num. 124. Garcia de nobilit. gloss. 9. num. 53. Navar. conf. 1. de immunit. Eccles. Mexia in tract. taxa panis, concl. 5. n. 23. Cened. ad Decretum, collect. 37. num. 2. Marta de jurisd. p. 4. casu 3. à n. 2. Cabed. p. 1. decis. 189. & p. 2. arresto 45. Alex. Trent. inq. var. lib. 1. tit. de jure fisci, resol. 5. n. 8. latè Gutier. de gabell. quast. 93. me citato in hoc loco, Castro Palao in opere mor. tom. 2. tract. 12. disp. unica, punct. 9. n. 11. & alii citati de Iure Eccles. lib. 1. c. 39. §. 1. n. 6. & novissimè Marcel. Vulpe in d. sua praxi, c. 17. n. 16. & Sperell. in decision. fori Eccles. decis. 94. num. 7. & novissimè Trullench. d. dub. 5. num. 17. cum seqq. me etiam citato in hoc loco, Torreblanca dict. lib. 15. c. 6. num. 46.

Quando dicantur clerici per viam negotiationis mercatores fieri, latè differunt Girond. d. part. 7. n. 31. Marc. Anton. Genuens. in praxi Archiep. c. 62. Cut. Philip. tom. 2. lib. 1. cap. 1. num. 20. Cened. d. num. 2. Molin. de just. tractat. 2. disp. 342. cum sequentib. latè Carol. de Grassis de effectibus cleric. effectu 6. Paul. Comitol. resp. moral. lib. 1. q. 53. Ugolin. de potestate Episcopi c. 13. §. 15. cum seqq. Aloys. Ricc. in praxi fori Ecclesiast. decis. 375. in 1. edit. & resol. 317. in 2. edit. Marcel. Vulpe dict. cap. 15. num. 17. & cap. 33. per tot. Camil. Borrell. in summa omnium decis. tom. 1. tit. 7. de Clericis. num. 68. cum seqq. & dixi dict. §. 5. num. 64. me citato in hoc loco, Castro Palao dict. p. 9. num. 16.

Non dicitur clericus negotiator, qui vendit vinum, granum, aut oleum ex redditibus sui beneficij collectum, prout resolvunt Bonacol. commun. criminal. p. 2. verb. gabella. fol. 32. verso, Gregor. lib. 49. verb. las franquezas, tit. 6. part. 1. Ioseph. Ludov. tom. 3. commun. opin. tit. de gabell. concl. unic. vers. infertur 10. Roland. conf. 71. n. 10. vol. 4. Carol. de Grassis d. effectu 6. num. 33. Marcel. Vulpe d. c. 33. n. 10. Ugolin. de offic. Episc. c. 13. §. 16. n. 4. in fine, Mex. in tract. taxa panis, concl. 5. num. 19. Marta de jurisdict. part. 4. causa 3. n. 9. Cabed. p. 2. arresto 45. Guttier. de gabell. quast. 93. n. 24. cum seqq. & num. 46. vers. quatuor, Marc. Anton. Genuens. in tract. Archiep. Neapol. c. 62. n. 7. Bobadil. in sua polit. lib. 2. cap. 18. n. 123. Squillante de privileg. cleric. c. 8. n. 38. Quod procedit etiamsi Clericus fructus sui patrimonii, & Ecclesiæ transvehat, & portet aliò quam ubi nascuntur ad vendendum; nam adhuc non dicitur negotiator. Bonacin. in Bull. Cœna Domini. disp. 1. quest. 19. punto 3. §. 3. num. 6. & de contract. disp. 2. q. 9. punto 2. Sousa in Bull. Cœna, cap. 19. disp. 92. n. 4. Venet. in examine Episcop. in tit. de clericu negotiato, num. 5. me citato in hoc loco, Castro Palao d. n. 16. vers. 2. & me citato & relato in hoc loco, Torreblanca d. lib. 15. c. 6. n. 49.

Ita etiam Clericus negotiari non dicitur, qui emeret animalia, ut illa palear in proprijs praedijs, & cum pinguis facta fuerint, vel cum partus edidit,

gint; illa, & eorum partus vendat, me citato in hoc loco, Castro Palao d.punct 9.n.16.vers. tertio, Molin. de iust. tract.2. disp.342. num.14. Carol de Grassis d. effectu 6.n.17. Rodoan. de spol. Eccles. q.2.n.1. Jacob. de Graff. in aureis decis. lib.2. cap. 18. num.8. Marcel. Vulpe d.cap.33. num.12. ubi num.8. attestatur Eminentissimos Cardinales decidisse in hæc verba: *Sacra Congregatio Cardinalium negotiis Episcoporum preposita censuit, Oratorem non prohiberi terras patrimoniales per laicos colere, & pro ejusdem cultura usu animalia necessaria coemere, eorumque animalium fætus pro sua, & familia sustentatione vendere, nec propterea illicita negotiationis praetextu vexari posse.* Roma 22. Iunii 1629. Nec etiam qui semel tantum emeret, aut venderet, Salzed. ad Bernard. in præt. c.55. vers. & hujus cap. Cened. p.1. collect. 37. n.2. in fine, Carol. de Grassis d. eff. Etu 6. n.19. ubi n.28. dicit quod clerici possunt exercere agriculturam. Sic etiam non dicitur negotiari ille, qui vendit fructus suorum fundorum, ut resolvunt Molin. d. disp.342. num.21. Claud. Tut. alleg.14. n.2. Joseph. Ludov. concl. 15. vers. fallit quando, Cened. ad Decretum, collect. 37. cum. 2. in fine, Valasc. consult. 131. à num.6. Marcel. Vulpe d. cap.33. n.10. Trullench. d. dub.5. n.19. Aloys. Ricc. ditt. resol. 317. num.8. ubi num.10. resolvit, non dici clericum negotiatorem, vel mercatorem, licet id quod superst. de eo quod vilius ad sui, vel suorum sustentationem emit, justo pretio tunc currente carius vendat, quam emit, in quoissimè Sperel. ditt. decis. 84. num.9. & 10. ubi resolvit, quod in fructibus ex propriis, vel Ecclesiasticis prediis recollectis non cadit mercatum, vel negotiatio, nec lucri captandi aviditas, itaut illos liberè possit clericus ubique locorum vendere, & num.12. ex Macrabun. consil. 18. num.291. & seq. tenet quod clericus deferens rem suam de loco ad locum causa vendendi, & habendi maius pretium, non dicitur negotiator, quia ad hunc effectum requiritur, ut rem illam emeret vel venderet, & num. 15. concludit ad hoc, ut clericus dicatur quoad hunc effectum negotiator, duo copulativè requiri: prius est, ut rem vendat, non ex propria re ortam, sed ab alio comparata: alterum ut eo fine emerit, quo carius reverteret, quorum altero deficiente, deficit quoque negotiatio.

Fructus clerici ex suo semine, suaquæ industria collecti ex alieno agro conducto, venditi gabellam solvunt, quia tunc dicitur negotiari, ut per Gutier. de gabellis, quest. 63. num.68. & 72. Bellet. disquisit. cleric. tit. de discipl. cleric. §. 21. num. 3. Quicquid in contrarium sentiant Macrabun. consil. 18. num.296. cum seqq. Sperel. d. decis. 94. num. 16. Sic etiam + non tenetur clericus solvere gabellam ex emptione solum, quas emit ad suum usum, secus si emat ad locandum; quia ita in supremo Portugaliæ Senatu judicatum refert Cabed. decis. 189. p.1. de cuius decisionis vetitate vide Valasc. consult. i; i. num.10. Deinde quæ negotia sint permissa, aut etiam interdicta clericis, tractat diffusè Redoan. de spol. Eccles. quest. 2. per tot. ubi n.12. tenet quod licet clerici non possint conducere terras, possunt in conducta, iti qua succedunt, remanere: & num. 13. quod possunt conducere possessiones recolendas ad sui sustentationem, & n.15. quod possunt emere equum pullum nutriendum, & rem, ut melioratam vendant carius, & num.49. quod emente, pro suo usu possunt vendere propter aliquam necessitatem pro majori pretio.

Regulares quoque à datiis, gabellis, vectigalibus, & oneribus, tam realibus, quam personalibus sunt exempti, ex juris communis dispositione, cap. quamquam, de censib. in 6. Clem. presenti, de immun. Ecclesi. Abb. cons. 13. p.2. Bald. in l.1.n.9 Cod. de contrab. empt. Bettaz. de gabell. seu vectig. §.7. princ. num.10. Rota in

Bononien. exemptionis, 25. Maij 1618. coram Card. Verospio. sen. Equites etiam ex Ordinibus Militaribus Christi Domini, D. Jacobi, & D. Benedicti, & aliis similibus, eximi à tributis, & gabellis, disponit apud Lusitanos Ordin. Regia lib. 2. tit. 11. §. ult. & apud Hispanos l.9. tit. 18. lib.9. novarecop. resolvunt Menoch. illust. cap. 105. num. 45. Parlad. lib. 1. rerum quotid. c. 3. §. 1. n. 19. Bobadil. in sua politica, lib. 2. cap. 18. n. 264. Diana resol. moral p. 1. trah. 1. resol. 49. ubi saltem quoad bona Contimendatum admittere videtur, Gutier. de gabellis, q. 95. à n. 12. Navar. conf. 23. de Regul. ubi de Militibus S. Stephani, Valasc. consult. 131. n. 3. Trullench. d. dub. 5. n. 27. de his omnibus dixi d. trah. de jure Eccles. lib. 1. c. 39. §. 5. n. 25. ubi n. 23. 24. & 25. de Regularibus, Conversis, Novitiis, Monialibus Tertiariis, & Eremitis, me citato in hoc loco, Castro Palao d. punct. 9. n. 18.

Dubium tamen est, an hujusmodi exemptio à tributis concedatur uxoribus viduis horum Militum? Praxis Regni Lusitanæ observat illas hoc priv. legio non gaudere: sed contrarium verius est, per ea quæ tradunt Perez l. 1. tit. 3. lib. 1. Ordin. pag. 57. & tit. 2. lib. 4. pag. 795. Azeved. l. 9. n. 4. tit. 1. lib. 2. novarecop. D. Barbos. in l. quia talz. n. 23. ff. soluto matrim. Cabed. p. 1. Lusit. decis. 98. & p. 2. arresto 71. me citato in hoc loco, Castro Palao d. n. 18. in fine.

In Regnis Hispaniæ, quando clericus aliquid portat, ex quo gabella debetur, si non fuisset exemptus, tenetur id ipsum denuntiare gabellariis, quod & in aliis Provinciis observari testantur Joseph. Ludov. tom. 3. commun. opinion. tit. de gabellis. conclus. unica, §. inferunt 10. vers. isti etiam Brunor. à Sole in locis communibus, verb. Gabella 4. Stephan. Gratian. discept. forens. c. 17. n. 8. cum seqq. + Illo vero non manifestante, muliones manifestabunt, & si hoc non fecerint, tenebuntur resarcire damnum, ex traditis per Vez. in tom. 1. commun. opinion. lib. 4. tit. 41. n. 12. pag. 65 1. Farinac. in praxi crim. p. 6. q. 72. num. 19. + Et ipsi clerici in manifestatione rerum, vel mercium, quas secum portaverint, tenentur jurare se illas ad suum usum, ac necessitatem emisse, & illius juramento standum est, nisi per partem adversam contrarium probaretur, vel militaret aliqua presumptio in contrarium: vide Mascal. de probat. conclus. 953. num. 13. Seraphin. de privileg. juram. privileg. 14. n. ... Farinac. in praxi crim. q. 17 2. n. 30. Marta de jurisd. part. 4. casu 83. n. 7. me citato in hoc loco, Ciarlin. controv. forens. c. 22. n. 58. Et si falsum juraverit, non potest de eo querelari, Valasc. consult. 131. n. 11.

## ALLEGATIO XIV.

Episcopus sacros Ordines quomodo conferre debeat?

### S U M M A R I U M.

- 1 Subdiaconatus in primitiva Ecclesia Ordo sacer non reputabatur.
- 2 Subdiaconatus inter Ordines sacros numeratus fuit à constitutione Gregorij, atque Urbani.
- 3 Materia Subdiaconatus propria est Calix vacuus, etiam non consecratus, cum Patena.
- 4 Subdiaconatus Ordo, & alij minores una eademque die sine Papæ licentia conferri non possunt.
- 5 Anno annum à suscepto postremo gradu minorum Ordinum, ad Sacros quis promoueri non potest, nisi necessitas, aut Ecclesia utilitas postulaverit, aut consuetudo permitteret.
- 6 Diaconatus materia est liber Evangeliorum.